

Beatus qui multa bona scit et facit q dicit: qz nunc magna pace hz: in futuro beatioze cu xpo gloria iugit obtinebit. Tunc ei euanescent ois vana gloria et teporalis letitia: cu appa ruent xps vera et celestis gloria. Qua nob conferre dignet cum oibus sanctis suis: qui est sup oia deus benedictus in secula. Amē. **Explicit sermo octauus. Incipit nonus.**

N De piculo mltor maloz ex mltulo qo vbor. **O**lue multiplicare loq sublimia glorianes. Dilecti fratres teneatis versiculū istū firmiter in mēte vestra. et cauatis loq de alta materia: ne dyabolus vos tenter de vana glia: et pdatis tepora vfa p deuotoze et cōpunctōe vobis data. Magis expedit multos q cogitarēt de penis inferni et igne purgatorij q de latitudine mūdiz altitudine celi. Nā cogitare et loq de tremendo futuro iudicio et de supplicijs reprobor. sepe timore incutit: q est valde vnlis tepidis et dissolutis. Loqui aut de celo empirio et nouē chois angelozū. nō deseruit iuuenibz et imortificatis monachis: q leuiter extollunt cū subtilia aliq legunt vel audiunt: de qbus melius tacerent et defectus suos inspicerent et lugerēt. **F**ratres tūc vete sapiēter agitis si cognoscitis vicia vfa: et acriter d oibus malis doletis q fecistis. Heu quāta bona oi hora ocianda et fabulādo pditis: q laborādo tacēdo et orādo lucran potestis. Proponatis ergo firmis vos emēdare et seruētē pficere: et in ordine cōstāter pfeue rare. **S**epissime oculos vros cū humili pceleuate ad dñm in celis gemēdo: rim secretō cor dis vestri p delictis orādo. Tales deus diligit: q corda sua ad celestia sepius leuant et orant. **L**ibenter ignoscat culpis vris pteritis si veniā petitis: et gratiā qritis et custoditis. **N**ūq fatue cogiteris magna et alta d vobis: ne cadatis a nqz scitis. **Q**uā ergo aliq bona cogitatis vel dicitis vll facitis: nō hec vobis vel in modico attribuere debetis: sed statim oia ad deū integre referre cū gfarificōe studeatis: a q oia bona descēdunt q in vob cognoiscitis et in alijs videntis. Oia dei dona sūt q corpus et asam omāt: dōs eni dedit esse viue re sentire agere discernere et intelligere. **M**agna cecitas cordis est nō plderare dona diuina: et quātum tenemur creatori regrariari. **T**āta sunt bñficia dei vt nūerari neqant: nec sufficiant explicari. **G**rauitē q peccāt et p in gratitudinē deum offendūt: q vanis iplicati deuotas deo laudes p bñficijs suis nō pfol

uunt. **U**n aplo paulo ait. **G**ras agite sp poi bus: in noie dñi nri iesu xpi. **E**t dauid in psal terio et chitara canēs: p multa bñficia collata deo gras referēs dicit. **A**diutor meus tibi psallā: qz dō susceptoz me es: dōs meus mia mea. **E**t p ysaiā pphetā ipse dñs loq dices. **G**loriā meā alteri nō dabo. **Q**uid q dicim? ad hec q nihil aut parū boni facim? et tñ glo rari et laudari cupim? **S**eda res oino: repu tari velle d dñitibz qō nō habem? **R**eliquim? hanc vanitatē: seqmur scōs aplos et pphas q vere scī fuerūt: et tñ nihil sibi de scititate sed totū deo attribuerunt. **Q**uā igit gloriā dei querimus et honorē. et de oibus bonis nobis collatis gras ei pure et integre reddim: tunc sursum cū angelis in celū ascēdim: q in nati uitate xpi glia in excelsis deo cātauerit. **Q**uā dō inanē gloriā de aliq bono foris apētim? aut nobisipis intus placem? et plus pōdera mus opa nra q debem? tūc veraces non sumus. nec in xitate humiles s supbi et inanes: deo despecti. angelis reprobat. et oibus scīs alienati. **U**n ex vicio elationis ifra nos cadim us et paulatim inferno appropinqm: q de monibus et dānatis assimilamur. q deum nō amāt nec laudāt: nec gliaz dei pteplari valēt. **E**t qz honorē deo debitū nō exhibēt nec ipōte cū scīs se humiliāt: s creatori suo puerfe et supbe resistūt: iusto dei iudicio pena ifernalē vtiqz secū fuerūt in malitijs tabescūt. **I**gnibus vrim? et nō purgam? accerrime torquent et nūqz meliorant. **E**x q in seipis gliam qse runt celi pdiderūt: et ab etna glia dei in opprobriū sempitnū ceciderūt. **S**ic heu miseri sup bi hoies in se gloriātes et alios despiciētes cito peribunt anqz putāt: q de se psumētes di cūt aut cogitāt. **M**an? nra excelsa: et nō dñs fecit hec oia. **E**stote q fratres humiles corde casti. benigni modesti ppatiētes: circūspecti in vbis. diligētes in ope: seruētes in orōne. patiētes in tribulāde: obediētes sine tardatione. simplices sine qstione: verecūdi sine fictione. taciturni sine suspitiōe: obsequiosi sine murmuratiōe. **Q**uā etiā dōs ex sua magna pietate aliq bona alicui oranti vel studēti inspirat vel reuelat: nō statim de hoc se extollat. nec alijs se pferat aut sauctioze estimet: s cogitare debet et credere qz nō ppē suas dñtates et labores. nec ppē sua merita et ingeniosa opa hec fecit sibi dōs: s ppē imēsam bonitatē suā qua pluit sup bonos et malos effundēs miaz suā sup oēm creaturā. **S**ic eni loq p ezechie lem pphetam ad iudeos supbiētes de bonis

sibi datis. **N**ō ppē vos s ppē memetipsum hec feci domus israel: notū sit vobis. **N**emo ergo abutaf bonitate et miseratiōe diuina su per se sibi aliquid attribuēdo p supbiā: ne in dignationē dei mox incurrat. ppē in gratitudinē suā: et dñs p solationē suā nō solū ppter vniū hoiem vel duos seiuicē cōsolandos: s etnā ppē alioz edificatiōē et multoz instru ctiōē ad amādū et laudādū tā piū dulcē ac largistū dñm in donis suis: q tā bonus et be neficus est dādo grām suā hūilibus mafe uis et corde cōpunctis. **S**ubtrahit dō cito dul cedinē suā ab elatis et ingratis: a vaniloquis a curiosis. a dolosis et murmurosis. **O**portet eni cor mūdū esse a vicijs. si intrare dō dulce do scūspūs: q pcciosoz est cūctis opibus ter renis. **D**itabit aut bonis eternis in celis: qui respuit delectari in laudibz hūanis. **Q**uera tis q potius cōsolari in deuotio pccibz et lacrimis: q in altis qstionibz et lōgis fabulis. **S**tudete in libro cōscientie: fugite vmbas vane glorie: recōdite oleū in vasis vris cū prudētibz et virginibz: abscondite thesaurz cordis in valle hūilitatis. **S**i eni culmen veri honoris queritis: ad illā celestē patriā toto desiderio festinetis. **A**d quā feliciter obtinēdā: pducatur nos pariter iesus christus. **Explicit pars pma sermonū ad nouicios regulares fratris thome kempis sacerdotis ac canonici regularis.** **Incipiunt tituli sermonū secunde partis eiusdem ad eosdem.** **De multis tribulatiōibus iustorum p regno celorum.** **Sermo primus.** **De quotidiano martyrio et bello in statu religionis.** **S**ecūdu. **De sapientia cōfessorum et continentia reli giosorum.** **S**tertius. **De cauta custodia cordis et gra interne deuotionis.** **S**quartus. **De constantia et perseuerantia in statu reli gionis.** **S**quintus. **De cauta custodia iuuenū cōtra multas ten tationes.** **S**sertus. **De districto dei iudicio vbi accusabunt nos omnes creature.** **S**septim?

De vana gloria vitanda et humili obediētia sectanda. **S** octauus. **De spūali militia et vicia.** **S** nonus. **De varijs bellz et picul h vite.** **S** decimus. **Explicit tituli secunde partis.** **Incipit scōa pars sermonū fratris thome kempis canonici regularis ad nouicios regulars.** **De multis tribulatiōibus iustozū p regno celorum.** **Sermo primus.** **U**lte tribulationes iustoz: et de oibus his libera bit eos dñs. **D**ilecti frēs scōz vira aspi cite: doctrinā scōzū libent audite et legite exempla eoz imitate desiderate: ac gloriosa eoz suffragia instāter petite vt in aduersis fortis sitis: et oīs labores diurnos ac nocturnos p xpo pstatē ferre valeat. **N**ō dubitētis de futura xpi pmissiōe quā reddet diligētibz se ope cōpleto et agone viriliter psumato. **N**ō fuistis in inferno nec i puteo luciferi: iō onerosa videntē sta tuta claustri. **N**ō estis expi ignē purgatorij ideo horretis sustinere verbum iproperij. nigo rē silētij. duriciā lecturi. grauitatē ieiunij. vili tatē cibi laborē cantādi et frequētiā orādī. **S**i vultis oia hfe p libitu vfo: qd inde meremī corā deo? **I**sta nō pccordāt scīs: qui passi sūt grauissimas penas tepozibz multis. **C**ōside retis igit in paruis laboribz et angustijs vris acerbissimas scōz martyz passionēs: et qru solēnia p annū celebratis: hoz agones secta mini p veras virtutes. **C**ūqz tribulatiōē ali quā sentitis scūtū patie assumite: ne ante ipōs finiti certaminis in religione deficiatis. **N**ō scādaliset vos. si mali florēt i mdo: et boni gemūt sub onere: si pueri gaudēt i honoribz et bonis puant rebz necessarijs et amicis. **D**eus clemens et iustus meliora et eterna bona pui dit electis suis in posterū reddēda: qz nūc di uersis modis pcutit p malos et castigat: vt digniores fiant ad maiora pmiā recipēda in celestibus regnis. **M**ulte itaqz sunt tribula tiones iustoz ppē regnū celo: s et multa fla gella pctōzū q sunt initia dolorz futuror. **E**t qz poterit plene cogitare et ppēdere abissum iudicioz di sup filios hoim? **E**tenim iust? dñs et iusticias dilexit: q bonis et rectis corde oia in bonū ordinat et in salutē eoz puerit: et ma lis duris ac puerfis oia in eoz pnuiciē et luctū

dulcedine parit et leticia: fidē roborat: spem erigit: caritatemq; in corde accendit: quaz se daturū fidelibus suis ipse pmisit. Sed inuidus diabolus qui xpm tentare audebat: et psecutōes in ecclesia sepius suscitauit: ac multos scōs vexauit: adhuc non cessat molesta re deuotos: rediū boni ingerēs. et claustru/ gorē dissuadēs. Heu callida instigatōe multos decipit p blanda et mollia: terret p dura et aspera. Veruntū xpo auxiliante non nocent tela eius nequissima: s; erunt fortiter dimicantibus: et viriliter resistētibus in laudez et gloriā: et diabolo ad ppetuā cōfusionez penam. A cuius laqueis et fraudibus nos semper custodiat iesus xps: qui est ad dexteram patris sup oia deus bndictus in secula Amen.

Nota religiose.

Irit quidā deuotus solitudinis amator. Btūs monachus desolatus: cui mūdus exiliū cellū patria: cella padūsus est. Beatus religiosus: deo deuotus: seculo ignotus: cui opidū carcer. claustrū refrigeriū: labor requies. solitudo solatiū. lucus gaudiū. silentiū pacis hospiciū. Btūs cui sacra lectio: cibis: ofo potus. psalmus iubilus: meditatio xps. speculatio deus. Beatus religiosus qui oia studia et exercitia sua ad virtutes et bñplacitū dei ordinat: et nihil singularitatis et ostētatiōis verbo vel facto p̄tēdit: cauēs vbiq; ne deū vel primū offendat. Beatus q; p bono accipit qñ aliquis eū corripit: recte instruit: ne in errore pmaneat et male pereat. Beatus qui os suū stricte custodiat: ne ociosum aut nociuū verbum pferat. Tales magnā pacē habebit bonā p̄ficiētiā et famā: deuotōisq; gratiā obtinebit specialem. Multa iurgia cessare facit: qui patiens est et tacet. Religiosus in abscondito manēs: quasi lucerna in nocte secure ardens. Flaerunt venti: et nō nocēt deo vacātī et oranti. Vere magnus thesaurus in ore sapientis: s; nō minore in corde tacētis et orātis. Dixit quidā exptus. Quicquid boni tacēdo colligo: hoc fere totū loquēdo cum hoibus dispgo. Quia samson secretū suū mulieri retulit. et parabolā mellis nō abscondit: postea ab hoibus captus et delusus fuit. Bonū est ergo religioso silentiū seruare: et verba sua caute ponderare. Qui em silentiū bñ seruat: quasi sacculū pecunia plenū secū ad domū mentis portat.

Exemplū de silentio.

Ut in partibus superioribus monachus quidā ordinis ostertiensis solli-

cus custos oris sui: et claustralis discipline diligēs obseruatoz. Hic zelo deuotionis ac: cenius: vix vnicum verbum in hebdomada loquebat. Cui abbas causa solaciū ait. Frater do tibi licentiā qñq; loquēdi cū fratribus. Qui rōdit. Pater reuerēde non desidero talem licentiā habere. Qd audiēs abbas edificatus est in rōso fratris libēter tacentis.

Exemplū de solitudine.

Quidam frater regularis ordinis foras emissus expleto negotio ad domū suā celeriter ac desideratē redire studuit: vt deo liberius in silētio vocaret. In via aut cōstitutus inuenit quendā viatorē sibi amicū et notū: qui diuersa loca sacrorū et monasteria se visitasse asserbat. Interrogatus ergo de religiosis locis: dicebat se etiā in sacro carthusse claustro fuisse. Cumq; multa bona de situ loci illius in alto mōte et alta solitudine. ac fratrū ibidē habitantiū rigore loqueret: hoc tandem inuulit. Inueni ibi fratrem cū quo libēter loquēs: curiose interrogauit dicens. Quanto tpe hic habitasti? Qui ait. Quadraginti anni lapsi sunt: et in terim non vidi primā portā: p quā primo ingressus sum. Audiēs hec frater p̄dictus miratus est: et alijs fratribus suis ista p bono exēplo amāde solitudinis recitauit. Qñ rorum et alienū est istud in multis religiosis: quibus istis: qui p pena carceris reputatā si infra annū extra septa mōasterij vel extra portā pacī adī causa exire nō deberēt.

Explicit sermo quartus. Incipit quintus.

De constantia et p̄seuerantia in statu religionis.

Constantes estote: et videbitis auxilium dñi sup vos. Dilecti frēs gratanter accipite verbū pie exhortationis ad p̄seuerantiā vos ammonens in statu religionis: q; maximā habet remunerationē in celis. Proponatis firmiter in cordibus vris q; velitis in loco et ordine et isto quē spōte elegistis pmanere cōstantes: et cū oibus in hac domo ppter xpm diu ante tpa v̄sa congregatis bono et mala sustinere. Qui dedit bñ incipit: dabit p gratiā suā melius consummare. Non em vris meritis ad hunc puentū vocati estis: s; coronis eoz participantēs vos fieri creditis. Horū ofonib; adiuuari et bñficijs sustentari gaudeatis: et grās semp deo agatis. Non em ad oclādū et epulandum venistis: s; vt deo fideliter et deuote seruiatis. Et tanto sollicitiores et p̄emptiores

esse debetis ad oēm obseruantiam ordinis et cōs labores: quāto plura cōueniētia in edibus et libris. in cibarijs et vestibus iam habetis: q; multi seniores an vos non habuerunt. Vos in labores eoz introistis ideo grati sitis de bonis acceptis: hec tēporalia a deo parata quasi encenia quedā ad sustentaculū corpis vobis cōferunt. Si v̄tmini istis sobrie cum grāti actōe et beniuolētia: tūc adiciēt vob adhuc ap̄liora bona in celis: q; certissime redent oibus p̄seuerantib; in ordinis disciplina. Et si necdū intelligere nec capere potestis: futura gaudia p̄parata in nuptijs celestib;: firmiter tñ credatis q; fidelis et potēs est dñs dare q; pmisit diligētibus se: q; nō coacte s; libera mēte seruiūt ei die ac nocte sine q̄rela. Idcirco cū ingēti solitudine abicite cito de corde v̄ro nociuā tristitiā: et oēm indignationē tāq; venenū dyaboli: et studeatis in fratres v̄ros tāq; angeli pacis inter cōciues suos cōuerfari. Tollite sup humeros v̄ros iugū dñi amāb; leue et suauē: donec pueniat ad patriā felicitatis etne. Interi v̄o p̄bari hētis morte scōz p̄ varias tētatiōes q; in religione sepe cōtingūt: et nouicijs hincinde grauit affligere solent: q; tenus tāq; aux in fornace p̄bati. et a rubigine vicioz p̄teritoz purgati: fulgeant in p̄spectu dei sicut agni nouelli in fontib; loti. Eniuero post lacrimas et dolores recipietis consolatiōes diuinas et illuminatiōes mētales: oīs labores et angustias alleuiātes. Quid vultis amplius? Ecce nūc danē vobis terra bona. p sustentaculū corpis in via laboris postea v̄o dabunt celestia et sempiterna bona in regno dei cū angelis sc̄tis: q; cognatos et amicos reliquistis. et deo poti; q; seculo seruire elegistis. Si igit cōstātes p̄māseritis in eo qd cepistis letatē et fiducialit a xpo in iudicio audietis. Vos estis q; p̄māsisistis mecum in tētationib; meis: et ego dispono vobis sic disposuit mihi pat̄ me; regnū: vt edatis et bibatis sup mēsam meā in regno meo. Dulce et solatiū verbū p̄fortās ad p̄seuerādū in ordine assumpto: et in quacūq; tētatiōe et tribulatione aut infirmitate q; fuerit circūuentus Dei p̄fecto ē adiuuare. et de oī angustia mētis et corpis afflictū liberare. Et q; confidit in deo orādo et patienter se sustinēdo: p̄solabitur tpe oportuno grās agēdo de auxilio celis; si bi collato. Non est p̄sonaz acceptoz dñs. s; in oī statu et loco q; fuerit memoria noīs ei; sub celo: aderit tentat; et tribulatis corde. Exaudivit eos p̄ sua clemētia: et ostēdet eis secreta

iudicia sua: et mirabili a magna in oī re quā operat in terra. Nō potēs dicere deo cur me ita affligis et aridū relinqs: et alium sic p̄moues et plures volūtates h̄re pmittis? Stulta et vana est huiusmōi cogitatio: vt in minima re dubitare aut cōqueri de dei p̄uidētiaz bonitate. Infirmoz et insipientiū mos est reprehēdere et male interpretari facta p̄uidētiā q; nō intelligūt: q; mirant; et scādalizant; plerūq; in seip̄s: q;re dñs ista vel illa tā apta mala fieri pmittit. Quib; psalmista ita rōdit. Iustus dñs in oibus v̄s suis: et sc̄tis in oib; opib; suis. Et iterū. Iustus es dñs: et rectū iudiciū tuū. Hoc igit firmiter teneatis q; in oī loco oculi dñi cōtēplant; bonos et malos: et nemo potēs se abscondere a iudicijs e;. nec multis pulchris v̄bis mala sua excusare: neq; ad superiorē iudicē cōtentiose appellare. Quicūq; q; in statu hūili et ordine suo manēs. p̄ra tentationes et vicia sua strictius certauerit: maiore nūc grām deuotiōis a deo meref: et in futuro amplioris gl̄ie b̄titudine p̄fruet. Potest q; libet religiosus in ordine suo et loco: a deo sibi p̄uiso aiām suā saluare et virtuose p̄ficere: si sollicitē fuat q; ordo instituit: et platus facere iubet ac p̄sultit. Nemo igit instabilis se seducat: neq; stultaz vana imaginatiōe de alio loco cogitet: et de incertis futuris iocūdiora sibi p̄phetādo dicat. Dñs si in tali loco et ordine essem: q; bñ et deuote me habere vellet: nec de aliq; āplius cōqueri vel turbari. Heu miser et insipiens hō. q; extranea ob defectū feruoris cogitatis: et sepi; ex angustia p̄ntis passionis leuioza confingis: cur nō facis hec bona in loco isto. vbi cū multoz fratz grā et bonē p̄ficiētie pace viuere potēs deo testēz fauēte? Quā neglig; modica tibi dicat: et p̄sumis ampliora futura? P̄scito q; sepe alit et multo deterius cōtingere solet tepidis et discolis discipulis: q; ipsi in anio pus sint erūt. absq; fructu alicuius valoris. Multos sefellit ista imaginatio: multos eruditos errare fecit facili loci mutatio: plures p̄tristauit ad aliū ordinē in cōsulta migratio. Sepissime nāq; in alijs p̄batū est: q; raro emēdatioz redijt. qui plura loca q̄sui. Ubicumq; em homo fuerit hoies inueniet: etiā claudos et debiles quos vtiq; tollere oportet. Et forte imp̄fectiores aliq; videb; q; tibi i multis nō placebunt nec tu eis similiter cōplacebis. Dicent forte quidam aut cogitabūt de te sinistra: si valuisses aliquid mansisses poti; in loco et ordine tuo cū pace. Manifesta tñ cito erit causa cuiusli-

bet discursantis de loco ad locū: quid eū amplius agitauit. **N**ō enim diu latere pōt ficta sanctitas. nec cum leuitas: nec alios edificat eua gādī libertas. **N**am vere deuotionis nutritus est solitari⁹ et religiosus inclusus. **A**udite cuiusdā deuoti senis pabolā. **C**ū aliq̄s vno pede claudus aut monoculus egredif: raro vtroq; sanus reuertit. **V**ulpes exiens foucā: nescit diu p rectā intedere viam. **S**ic hō vage mētis et dolosus nequit diu se fingere: s; sepsum pdit etiam inuitus corā multis ignotis: aut v̄bis aut factis aptis. **S**epe etiā iracūdia motus oñdit ipatie sue aculeus: cū fuerit p culpa sua correctus: aut silentiū sua re coactus. **S**upbus hō passionatus intrinsecus ad breue coraz alijs qñq; se cōpūmit: ne reprobet et vilescat extrinsecus. **P**rocesu x̄o t̄pis liberio: factus: ad solita reuertit inuerecundus. **S**icq; patebit pluribus. qz nō vere fuit hūilis: sed voluit videri bonus et iustus. **T**ētatio dyaboli nō p̄mittit fugitiū diu abscondi nec quiete agere. s; per noua et inopinata obstacula pungere inchoat: multoq; de terius vexare et confundere timidū laborat: quē nidulū suū inspicter reliquit. **O**nus qui pe oedis diurnū et nocturnū collo monachi iposium: oñdit cito quātū portare pōt. p amore dei et sustinere. **I**d circo in oī loco et statui in oī officio et dignitate spūali aut occupatione tēporali: p̄maxime necessaria est longanimitas patientia ac diuine gfe larga affluentia cum frequēti precū instantia: ne infirma mens crebris ictibus tacta moueaf subita ira ad ipatitiam. aut suggestiōe sathane querat redere vindictā: indigne ferendo obprobria sibi obiecta. **N**oli miles x̄pi fugere: noli te ipsum deicere: noli a p̄mo seruoze tepescere nec de diuine dulcedinis p̄solatione hesitare. **N**oli querere exteriora cōp̄is cōmoda anie tue valde nociua: sed ppter deum sustine tētationes et hominū vexationes tam bene in hoc loco sicut in alia domo. **N**ec estimes te a deo derelictū si multa tibi occurrunt ad patiendum: quia non est melio: christo passo: nec martyribus sanctior atrociter iterfectis. **H**omines agunt et sepe obloquunt̄ vt homines nec semper verū est qd dicunt: nec multū curandum si laudant vel vituperant. **C**auc oī tempore et loco a malefacto et scandalo: et deus liberabit te a verbo iniquo de te mendaciter dicto. **S**criptū est in quadā collecta quā dragestime super populū. **T**uere domine populum tuum. et ab oibus peccatis clementer

emunda: quia nulla ei nocebit aduersitas: si nulla dominef iniquitas. **P**ena enī nō facit aliq̄e reum: sed culpa iustam exigit penam. **D**eū ergo pre oculis habeas orare in tribulatione nō omitas: temporibus debitis scripturas sc̄as lege vel scribe: vt rediū cordis melius vincas. **D**at deus sepe in vna hora: quod in tota denegat septimana. **N**unq; de tua virtute et iusticia presume: se de misericordia et bonitate dei optime p̄sere: et inter spem et desperationē caute et discrete p̄cede. **N**ūq; ita hilaris sis et securus vt timorē et verecūdiam a te excludas. **Q**ui deo vult placere et p̄imum edificare: debet oia verba sua et mores foris et intus taliter ordinare: q̄ si statim coram deo et angelis eius deberet p̄sentari. **N**oli ergo religiose frater si leuis fueris et vagus aut verbosus de exteriori habitu coram hoibus quasi sc̄us homo gloriari: ne dealiquo opere pauato vel cōmuni sup̄bire: s; potius iutile te reputabis si recte sapias: v̄pote qui de mille talētis vix vnū reddere sufficias. **N**ō es ideo sanctus et magnus dñs dicēdus qz capam geris extrinsecus. quod agnus facere possit. si esset taliter vestitus. **A**ttēde cōsciētie tue feditatē magis q̄ estimationē humanā: qz non sunt omnia ita sana corā deo et clara: sicut apparent hoibus esse pulchra. **H**omo vidit in facie. deus aut in corde: qui etiā minutissima cōsiderat: que tu non cognoscis aut modicū ponderas. **I**d circo de p̄tate cor tuum sub districto dei examine: et noli de dignitate religionis vane extollī: neq; de virtutibus alioz et miraculis sanctorz iactanter loqui. **S**eipsum denigrat et confundit qui patrum suoz sanctitatem cōmendat: et humilē eorum cōuersionē sequi negligit: qui regularis et religiosus vocatur: et viuendi nominē quā sancti posteris reliquerunt seruēter non sectatur: qui de bonis monasterij quondam vuit: et statuta monastica tepide seruat aut seruiter frangit. **A**ttamen propter sanctos patres precedentes qui religionis ordinē instituerunt regulas viuendi cōposuerunt: desideres et vagantes a secularibus p̄sonis et magnatis quos dei seruos credunt etiā honorantur. **I**deo vnusquisq; seipsum recte inspiciat et alijs bonum exemplū tribuat: ne sancto ordini iniuriā faciat: et cōfusione sibi malis moribus generet. **N**e illi inquit domin⁹: per quē scandalū venit. **S**i vis aliq̄e religiosum recognoscere et cōmendare: non corpore habitum album vel nigrum inspice. nec ad sub-

ilitatem verborz attende: s; humiles mores eius interioris hois imaginē preferētes cōsidera. **G**ratia q̄ x̄pi quā accepit tacitus venere et deū p donis suis ama et lauda: qui talem famulū sibi elegit in terra deserta tētationibus et periculis plena. **C**aute tñ et moderate lauda quē diligis: ne te et ipsum decipias: si vltra q̄ oportet aliqd dicas. **S** quo postea erubescas. **F**rates om̄s in x̄po om̄s vnū sumus. vnū patrē celestē habemus: omnes vnū sc̄e matris ecclesie filij vocamur: quicūq; in x̄pm credimus. et in x̄po baptizati sumus: ideo de habitu exteriori et diuerso mō viuendi cōtendere non debemus: s; vnusq; in ordine et statu suo bene studeat viuere: et deo soli ad votū cum gratiarū actōe digne placere. **N**on enim loci amenitas nec magnitudo nō vestis pulchra nec gradus excellētia p̄fectū facit religiosum: s; p̄fecta seculi abrenūciatio et viciorz quotidiana mortificatio: et p̄cipue puritas cordis. et amor virtutū. tendens di recte in deum. **R**eligionis nomē magnā habet laudē inter seculares: s; sine cōtētu seculi parui pōderis est apud deū. **S**ed quid valet altum nomen sine ope virtutis: qd p̄dest altus status sine humilitate et charitate? **I**lle vere religiosus est qui seculo spōte renūciat et corde ad seculū non regirat: q̄ perpetue se deo obligat: et om̄s voluntates suas ppter deum frāgere studet. **Q**ui enī cū sc̄to habitu et bono noīe opera virtutū sic agit exterius: et tñ soli deo in oī cogitatu et actu placere intendit interius: hic digne laudādus est et amicus dei appellandus. **S**i cupis vanaz gloriā vincere: attende singulos defectus tuos q̄ si oibus notos: et cessabit vane glorie motus. **C**auc singularitatē verbis et moribus ostendere: noli nimīū de te p̄sumere cum p̄sere tibi successerit: ne deiciaris aduersitate ingruente. **A**daneas i loco tuo et pone te ad paciētā: et inuenies pacē et gratiā corā deo et hoibus: et eris dilectus fratribus cunctis. **S**ed ne ali quis de facili cogitet mutare habitū v̄ locū: referā vobis cuiusdā fratris factum. ad maiorem cautelam habendam.

Exemplum.
Quidam frater in ordine regularium pbabiliter diu conuersatus: et et seculares erat bñ visus et reputatus. **H**ic longo tpe tentationē habuit et desiderij trāscundi ad aliū ordinē et locum remotū: quod et fecit licet minus p̄uide et incōsulte. **N**am

ex debili fine: patuit postmodū leuitas incōstantie. **P**rouideat aut̄ secrete sibi locus ap̄ quosdam religiosos medicantes satis bone cōuersionis sub regula beati augustini desgentes: a quibus etiā benigne et libēter est receptus. **N**ec longa mora extitit ad p̄bandū: sed festinanter est inuestitus ppter vehemēs suum desiderij adimplendū. **T**am instanter p̄cistz anhelauit ad illum ordinem: vt eodē die libenter professionē fecisset: si fratribus placuisset. **S**ed fratres cautiores q̄ ipse qz cōuersionis eius statum nesciebant: repentino desiderio suo non cōsenserunt: sed tēpus p̄bationis vt moris est libere sibi indulserūt. **E**stimabāt enī sicut exterius apparebat: hūc aduenā vtilem sibi fore. qz p̄sonis indiebāt ad ordinis reformationē: **S**ed cum iam inuestitus esset: mutatū est cor eius in aliud q̄ credidit. **L**epitq; vehemēter contristari et penitere: quia locum p̄stinū vbi diu morabatur reliquit: et fratres suos sine debita causa secrete dimisit: quos nō parū de suo recessu cōtristauit et cōfudit. **V**ix octo dies intercesserant: et in tantū p̄ cōfusione mentis doluit et ingemuit: qz comedere nec dormire potuit. **I**nterrogatus ergo. quid sibi obesseret: dixit. **N**ullatenus possum in conscientia cōtentari nec pacem habere: nisi iterū ad pristinos fratres meos fuero reuersus. **Q**uibus audinis satis cōtristati et p̄moti sunt fratres: et acriter eius incōstantiā arguebant: eo qz in tam breui tēpore remutatus esset. et puerilē rem p̄sumpserat. **A**d quos ipse humiliter et verecūde respōdens: ita se excusabat. **C**redatis mihi fratres qz p multos iam annos hanc tētationē habui. vt ad aliū ordinē transirē: et tā fortiter hoc in animo cōcepi: qz putabā nūq; me posse mutari. **S**ed iam hoc ipsum expientia p̄pria aliter esse p̄bati: quod prius p̄penderē nequitū. **H**is igif ab eo dictis: ne scādalum adhuc latens erūperet et cresceret: iniro consilio saniori. miserunt ad priorem quēdā ordinis regulariū in vicinio morantē: rogantes vt ad eos p̄perāter venire dignaret̄ causa necessaria perurgēte. **Q**uo adueniente. rē gestam p ordinē pandunt: et quid iam faciēdum sic diligenter efflagitant. **N**ec lōga morā trahitur: s; paci ab vtraq; parte p̄uidetur. **I**gitur frater p̄dictus dolore magno cōpūctus. habitu p̄sumpto eruitur: et rursus a priore habitu regulariū canonicoz in ordine consueto reinduit: sicq; turbationis occasio de medio sblata repente cessat. **D**einde dato

sibi socio ad monasterii sui pristinum rediit et petens humiliter veniam de offensis patris: a fratribus suis misericorditer est receptus. **H**ocque iniuncta sibi salutari penitentia: de presumptionis errore castigatus est. Et de cetero cautior factus. didicit nil finire debere agere: nec per alienas domos insipienter discursare.

¶ Explicit sermo quintus. Incipit sextus. De cautela custodia iuueniu[m] contra multas tetatōes
Tedete quōd caute abuletis: quoniam diuini mali sunt. Dilecti fratres his verbis ammonet nos omni doctor egregius beatus paulus apostolus: ut cauti simus. et fortiter certemus contra vitia in hac domo diuini: ubi est habitatio peregrinorum mundi in qua erectum est vexillum sancte crucis: in signum spiritualis militie per lucrandis aureis coronis in celestibus regnis. Quapropter a proficiendi desiderio nemo torpescat: deus virtutum nobiscum: qui est fortis supplantator vitiorum et hostium fugator. Nemo turbet neque formidet. ab impetu tetationum diuersarum. nec a multitudine contrariorum ventorum: neque a fatigatione laborum quotidianorum: quoniam per multas tribulationes oportet nos omnes intrare in regnum celorum: sicut predicat euangelium christi et docet apostolus. **N**epse et ipse apostolus paulus vas electionis ad celi secreta frequenter raptus. tetationes habuit: vexationes hominum passus est: atque in multis laboribus fatigatus. detractiones et murmuratōes contra se in multas sepius audiuit et sustinuit. **N**ec tamen propter aduersa afflictionem a christi seruitio et amore: discessit nec refrigeriuit: sed magis viriliter ad tollendam omnia se exposuit: et alios secum ad certamen propter coronam glorie confortauit: quam christus seruis suis multa contraria pro se sustinentibus permisit. **E**t factus est beatus paulus tanto letior et securior ad percipiendam premia futura in celo: quanto duriora pertulit a notis et ignotis tamquam homines despicabilis in mundo. **¶** Fratres nolite nimis timere pro christo pati et vilipedi: omnia hec nihil sunt et cito finiuntur: imo comparatione futurorum bonorum et malorum. vix vnius puncti sunt. aut momenti reputanda. **S**citote ergo quod hec vita regularis disciplina quam deo inspirante acceptastis bona est et anime vestre valde salubris: si non ab hostium insidijs secunda: nec a veratōibus hominum et increpationibus puerorum semper quieta. **Q**uia modo iste mos ille dicit aliquid aut facit. quod oculis vestris non placebit. **Q**uid ergo facietis? **P**atientes estote et tacete: deus pugnet pro vobis: et ve-

ritas liberabit vos. **N**on perdatis meritum vestrum. sed tacendo sustinete modicum: dignos vos omni confusione iudicatis. **A**d huc non estis in celo cum angelis sanctis: sed in mundo cum hominibus bonis et malis: qui non deficient in hac regione vmbre mortis. **I**dcirco potestis bene sepius gemere et non seueriter ridere: magis autem timere et non fatue de vobis presumere. **I**taque solliciti in omni loco et tempore coram deo ambulate: quia incertus estis de bono fine: et qualiter deus velit facta vestra iudicare nescitis. **T**imete dominum omnes sancti eius ait david sanctus: quoniam nihil deest timētib[us] eius. **Q**uare hortatur timere: et sub magna custodia discipline stare? **Q**uia terribilia sunt iudicia dei super filios hominum. et nemo certus est indignus sit odio vel amore. **I**dcirco valde vitale est homini adhuc carnali dissoluto et imortificato habere timorem dei: et omnia opera sua vereri et vilia de se sentire. **N**am timor dei facit a peccato recedere: picula tetationum precave: de preteritis malis dolere de presentibus delectationibus abstinere: de necessarijs vicijs sobrie sumere ac discrete actus suos regere: semper ad perfectiora tendere: et cuncta que deo magis placent inquirere ac studiose agere. et ad eius honorem omnia bona laudabiliter trahere et promouere. **¶** **H**eu heu fratres multa pericula circumdant nos vniuersi: scilicet caro dyabolus. et mundus totus in maligno positus. **E**x his generantur pericula et tetationes et pauci sunt qui sine lesione et inquinacione euadunt. **Q**uid ergo mirum si quis de sua fragilitate timeat: cum vbius laqueos dyaboli contra se extendi percipiat? **S**i enim bona agit si bene legit. cantat vel scribit: si orat studet predicat aut celebrat: ecce statim adest dyabolus cuius vana gloria. probum impugnantem prospera: volens eum deicere et priuare gratia a deo sibi collata. **S**i vero in aliquod vicijs per fragilitatem cadit: mox aduersarius letus accurrit: suggeritque non esse magnam malum nec grauius puniendum. sed et breuiter committendum et caute excusandum: cuius multi talia et grauiora faciunt et fecerunt. **S**ic lapsus tepidus hostis callidus decipit: quatenus parum peniteat. tarde ad confessionem eat communicare differat. ministrare timeat: ad exteriora se committat. cellam abhorreat: fabulari et ociari que rat. debile se fingat: necessaria omittat. aliena inuestiget: diuina negligat. terrena mente reuoluat. **H**ec omnia si quis tempestiue non expellit: grauius dyaboli laqueos incurrit

Rursum quosdam debiles per iracundiam et patientiam ledere. prosternere querit: et modica re perdita vel ablata contristat vel perturbat indignatione suscitatur. suspiciones inicit: vni gesta peruertit. falsa pro veris seminat: et mala pro bonis reddere suadet. **O**perueritas hostis dolosi: quate sunt insidie et decipule tue in omni loco et tempore occulte ledentes et iprouise. **E**t quis cognoscet eas: et enumeret omnes. **S**olus deus omnium secretorum cognitior: nouit astutias dyabolicas: que docet eas precauendas per scripturas sacras ex spiritu sancto reuelatas. **Q**uid ergo faciet homo grauius tetatus et multipliciter veratus a facie inimici: qui etiam coram alienis accusatur et deridet? **U**bi fuerit vt laqueos euadat: et mala non audiat nec videat? **Q**uando veniet tempus: vt paceret quietem habeat. **D**ixi vobis: et iter dico omnibus paruis et magnis. **P**ax nostra est in multa patientia: in vera humilitate. in contemptu omnium consolationum terrenarum. in forti tollerantia contrariorum: in longanimitate expectatione celestium gaudiorum. **R**ecordamini igitur charissimi in tribulatione vestra beneficiorum diuinorum et mirabilium operum suorum ab initio creature vsque ad consummationem seculi: et inuenietis quod pietas dei excedit malitiam hominum parcendo eorum malis. vt vitas emendat in melius. **E**t cum plenis flagellat aduersis: etiam amoris sui in dilectionis ostendit. **Q**ui ergo verbera beneficia reputat. ipsi nunc pacem habent: et hos iocundissima retributio sequetur in celis. **I**bi enim plena pax et securitas ab hostibus: libertas a vicis. sanitas a morbis: requies a laboribus. **I**bi diuicie sine sollicitudine. deliciae sine amaritudine. cognitio sine errore: dilectio sine fictione. gaudium sine merore: honor sine confusione. laus et gloria sine cessatione. **S**ed heu hec bona desunt in mundo. vbi omnia permixta sunt malis: nam rara virtus perfecta: raro conscientia ab omni macula pura. **E**t nisi assit gratia diuina et diligens cordis custodia: cito negligens cadit in vicia et solita mala. **E**rynde hoc accidit? **Q**uia cum peccato nati sumus. et a iuuentute ad delicias carnis inclinamur: tepide ad virtutes nos damus. inuite a proprijs conceptibus retrahimur vanis implicamur aliena scrutamur: ideo proniores sunt sensus nostri etiam post conversionem et confessionem peccatorum ad terrena et visibilia bona sibi nota redire quam ad celestia et inuisibilia desideranda assurgere. **G**rauis dolor est vage homini abstrahere mentem ab infinitis bonis nature sue

assuetis. gradis labor attollere animum ad superna et eterna bona abscondita ab oculis humanis. **H**eu heu quanta angustia anime: laborare et certare quotidie contra se pro eterne vite retributione. **S**ed latent adhuc tanta bona et magna merita et infinita premia: que deus laborantibus certantibus dolentibus et pie sustentibus copiosissime reddet in futuro: sicut sua promissa in euangelio sancto. **E**cce inquit merces vestra multa est in celo: que vobis dabitur pro breui certamine atque pressura in mundo. **S**ed quis potest omnia pericula huius vite cognoscere et predicare: que possunt homini sub sole in loco tentationis contingere. **N**am iusto et impio: multa eque similia eueniunt. **S**epe etiam aduersa plus contristant quam bona adepta lenificant. **S**i aliquis pauper est: sollicitudo vixit eum de bonis acquirendis. **S**i diues fuerit: timorem habet de perditis. **N**e ergo habenti. et ve non habenti: quia vtriusque instant pericula peccandi. **O**rat ergo sapiens mediā viam eligens: et dicit. **V**iciuas et paupertatem ne dederis mihi: sed tantum victui meo necessaria prebe. **H**is fili mi amplius ne requiras. **P**auptatem christi amicum propter christum non verearis: quia sponte pati defectum virtutis est: et acquisitio regni celestis. **D**ulcius est sepe siccus panis pauperis esurientis: quam crapulosa mensa faciat diuitis. **S**alubrior est mendicanti aque potus sub vili tecto asseris: quam fortis vini copia in palatio regis. **P**lus enim diuitem facietas ciborum grauat: plus vini potus caput eius ledit: quam tenuis victus stomachum mendicantis languentis. **P**ericulatur autem citissime sancta paupertas in diuitijs magnis: sobrietas in concupiuis lautis. humilitas in honoribus altis: castitas in amicitia cum feminis. deuotio in tumultibus. concupunctio in risibus: silentium in turbis. puritas cordis in rumoribus. quies in laboribus: mansuetudo in aduersis. prudentia in offitijs: tranquillitas in occupationibus. discretio in correptionibus. sapor diuinorum in fabulis vitijs. **E**cce quomodo virtutes obsecurantur et subruuntur: per nimiam familiaritatem quorundam actuum cum secularibus. **C**ito namque spiritualis dulcedo per externa negotia perditur: et feruor charitatis a deo questus. per longas fabulas frigescit et extinguitur. **E**t nisi per concupcionem lenitas mentis refrenetur. per orationem tepiditas expellatur: per lectionem serenitas recupere tur: per puram et humilem confessionem con-

Sciētia crebrius mūdet: vitia assueta redeūt. crescunt indurant, opprimūt & affligūt. Quia propter necesse est religiosum fratrem seipsum precipue ammonere, et aliorum ammonitiones benigne accipere: magnā curā cōtra passiones suas adhibere, ac fortiter cōtra vitia irruentia rebellare: quia pro fortia certamina iur sine dubio ad gaudia sempiterna vincenibus in extremis reddenda. Hinc xps pro beato iohanne in apocalypsi loquens adhortat strenue fidelē militem suum certare: et cōtra dyaboli nequitas per orationes et sacra studia vigilare. *Esto inquit fidelis vsq; ad mortē: et dabo tibi coronā vite. Et iterū in eodē. Vincti dabo manna absconditū: et nomen nouū quod nemo scit nisi qui accipit. Et quod beatus paulus ait. Nemo coronabitur: nisi qui legitime certauerit. Duo preciosa dona christus promittit bellatori suo ne deficiat in certamine cōtra vitia: scilicet manna diuine cōsolationis in pāni: et coronam perhēnis leticie in regno celesti. Nolite ergo fratres seduci inanibus verbis per amicos seculares, nec attendatis ad honores tēporales: sed tenete bonā et rectam viam per regularē vitā perducentē ad vitam eternam. Quā nobis omnibus dominus iesus christus post dolores et labores huius mortalis vite concedat: qui pro nostra salute fortiter in mundo laborauit, certauit, doluit, fleuit, orauit, passus et crucifixus triumphauit. Amen.*

Explicit sermo sextus. Incipit septimus. De districto dei iudicio vbi accusabunt nos omnes creature.

Humiliamini sub potenti manu dei ut vos exaltet in tēpore visitationis. Dilecti fratres seriose attendite sacra beati petri apostoli verba que iam in epistola eius sunt lecta. *Exhortatur enim omnis ad veram cordis humilitatē: ut homo consideret altissimā super se dei potentiam et proprie fragilitatis multiplicē miseriam. Hec duo simul iuncta faciunt humiliter de seipso sentire: et de nullo bono opere supbire. Hinc rursus ait. Deus supbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Inspiciatis ergo corda vestra deo in oibus aperta: recogitate mala preterita, presentia pericula, futura dei iudicia: et quod districte sint omnia opera nostra examinanda. Nescimus fratres qualiter deus iudicabit nos. Timeo autem quod accusatores nostri multa gratia obiciant nobis: de quibus nunc parum recogitamus. Sed qui sunt isti accu-*

satores nostri? Vere valde multi: de quibus nunc aliquid sunt recitandi. *Accusabunt nos angeli sancti: quia instinctibus diuinis non obedimus: sed potius carni et sanguini vitra necessitatē sepe indulgemus. Accusabunt nos demones horrendi et maligni: loca tēpora et personas allegantes in quibus et cum quibus peccauimus: nec dignā penitentiam fecimus.*

Accusabunt nos sancti patriarche et prophete: quia bona eorum exempla et fidem non sumus imitati per opera: qui prederunt nobis multa bona per sacra eloquia de christo et vita eterna. Accusabunt nos sancti apostoli et euangeliste: quia illam perfectiōis viam quam a christo didicerunt et tenuerunt, tam negligenter et tepide secuti sumus: etiā postquam monasterium intrauimus, et deo seruire promisimus. Accusabunt nos sancti martyres pro christo occisi: quia eorum patientiam saltem in paucis vexari debiliter sectati sumus: et ad mollia carnis prolapsi. vix scintillam patri feruoris retinemus.

Accusabunt nos sancti confessores et omnes religiosi ordines: quia eorum abstinentiam et laborem in vigiliis et ieiuniis multis, in orationibus et lectionibus, sicut de eis legimus, pro posse sicuti non sumus. Accusabunt nos boni pastores sacerdotes et doctores: qui multum laborauerunt pro salute animarum, pro conuersione peccatorum, pro disciplina religiosorum, pro consolatione tribulatoorum: quia eorum prudentiam et predicationem non sumus in districtis per contemptum seculi perfecte imitati: nec cum tanta reuerentia et amore eorum libros super mel et fauam dulcissimos gratanter accepimus: nec studiose plegimus, nec diligenter ad sacros eorum sermones aduertimus. Accusabunt nos lectores, cantores, scriptores, et omnes libri quos in choro, dormitorio, in refectorio et in cellis pro studio habemus: quia fructum paruum in istis fecimus: sed ad aliena et vaniloquia sepius auscultauimus. Non dicent si loqui possent. Cantauimus vobis et non saltastis pro magnitudine gaudiorum et premium futurorum que in libris nostris scripta continent: que deus vobis pro consolatione et eruditione vestra transmisit. Rursus sumus dolentes cum lugentibus pueris dicent. Planximus vobis et non plorastis pro nimis miseris et penis futuris: que vobis frequenter denūciauimus. Accusabunt nos sancti heremite solitarie vite amatores, a secularibus mente et corpore segregati: quia eorum angelicam conuersationem et celestem cōtem-

plationē in cōtinuis orationibus et deuotiōis meditatiōibus in silentio et laboribus: in abrenūciatione terrenorū et mortificatiōe viciorū, negleximus perfecte imitari. Ideo quod ipsi exultabant in magna gloria coram deo et angelis: et nos profusi stabimus propter delicias quas libenter acceptauimus. Accusabunt nos sancte virgines sancte vidue et omnes pueri et puelle, pudicitiam deo amabilem constanter obseruantes: que licet sexu et etate fragiles essent: tamen per dura tormēta ab amore et fide celestis sponsi separari non potuerunt. Nos vero difficulter a periculis et occasiōibus carnalium viciōrum canemus: plerūque inuite leiuamur et rigore silentij laxē seruamus: clausuram et secretum celle, pro pace cordis et cōseruatione deuotionis insipienter abhorremus: et heu frequenter susurrando leuibus vbiis dyabolo instigante offendimus: qui auctor est turbationis sursum et leuitatis. Multe namque sacre virgines et nobiles matrone inter amicos et pariter seculares, inter diuitias et honores a delicijs abstinerunt: inter persecutores et derisores castitatis proposito fortiter tenuerunt: clausuras et carceres vincula verbera et exilia patientissime tollerant. Quid ergo ad ista dicemus quod viri sumus? Nam sepius foris spaciari que- rimus: vnde paruū fructū reportamus. Erubescamus dilecti fratres quod tam multos gloriosos sanctos ac sanctas virgines senes et iuuenes passos legimus: et adhuc parum pati uallemus. Sequamur eos penitendo de malis: quos sequi non possumus moriendo pro virtutibus. Dicamus omnes gemendo et flendo. *Abiserere nostri domine, parce peccatis nostris: da veniam de oibus offensis: placare scilicet tuorum meritis et precibus tibi gratissime acceptis.*

Sunt preterea et alij multi accusatores nostri: scilicet locus aptus, ordo sanctus, et habitus religiosus. Quia et si seculū reliquimus ad oculū foris, et religiosum habitum portamus cum alijs: tamen statuta ordinis tam stricte non custodimus sicut permisimus. Accusabunt nos prelati et rectores nostri: cum fuerint coram christo de bona cōuersatione nostra diligenter pro singulari interrogati. Oportet enim quod dicant pure reuerentiam: an iudicē christum omnia secreta scientē. Inter multa precipue queret ab ipsis et exigeretur a nobis: si in oibus cum debita reuerentia obediētes fuimus: si pacem et cōcordiam cum fratribus salua ordinis disciplina seruauimus: si diuinū officium die nocteque deuoter attente alacriter et vigilanter persoluimus: si pro be-

nefactoribus viuus et defunctis feruenter ac frequenter orauimus: si pro quotidianis excessibus et defectibus dignā penitentiam egimus: si pro tribulatis amicis et aduersarijs nostris preces ex charitate et pia cōpassione effudimus: si cōmune bonū et obediētiā omni prouato studio et deuotiōis proposuimus. Accusabunt etiā nos fratres nostri videntes conuersationem nostrā a mane usque ad vesperam: quia bonū exemplum eis non dedimus vigilando, orando, laborando, et alijs deuotis exercitijs insistendo: sed precipuum tēpus penitentie infructuose sepe expendimus: proprium cōmodū querendo, et vtilia omitiendo. Accusabunt nos seculares boies, pegrini et hospites aduentantes: quia viderunt nos foris uigantes, leues modis, dissolutos verbis: bene vestitos, delicate comedētes, parum laborantes, diu fabulantes: tarde ad chozum, ad cellam et quietē propereantes. Nam tenemur eis et hominibus oibus dare bone cōuersationis exemplū: eo quod facti sumus deo et angelis spectaculum: cunctisque intuitibus doctis et indoctis vite eterne oportet ostendere viam: et boni nominis gerere famam. Accusabunt nos in super elementa et omnes creature celi et terre: propter multa seruitia visibus nostris exhibita: quia creatori nostro debitum famulatum non exhibuimus: et gratiarū actiones pro collatis beneficijs totis cordium affectibus sicut oportuit ac decuit non persoluimus: sed vires quas a deo accepimus. Ex quo enim sani videmur ac necessaria quotidiana a puiforibus nostris sine magna sollicitudine percipimus: et donaria gratuita libenter acceptamus: ideo iam magis deo obligamur tamquam cōmēsales regis celestis. Ignis dicet: et postea torporē et ingratitudinē nostrā exclamabit. Ego iubēte deo creatore meo vobis in multis locis sbuenio: ego sicut fidelis seruus gratis seruo sanis et infirmis in coquina, in pistrino, in braxatorio in lauatorio et in oratorio: et quotienscumque necessarium fuit pium me prebui oibus calefacere se volentibus ad ignem. Ego virtute mihi data comburo stramina, cespites, lapides et ligna: ex sicco humida, calefacio frigida, mollio dura, induzo molliā: in diuersis materijs ago cōtraria: mira dei potentia legibus nature impressa: ut vos habeatis comoda vestra ad seruiendum deo cum leticia et gratitudine magna. Nam in hyeme manus vestras et pedes calefacio: candelas accendo, tenebras fugo claritatē lucis oculis reddo. Quid

dehinc facere et non feci? Respondete creatori meo: si negavi obedire eius imperio. Feci ei sine contradictione, tam bonis quam malis: quocumque mandavit fieri dominus conditor meus omnipotens et misericors deus. Bonis quidem et iustus ad utilitatem eorum seruo et luceo: malis vero et ingratis ad vindictam ardescio. Quocumque deus iratus iusserit, tunc civitates villas et castra comburo: et tam divites quam pauperes sine personarum acceptatione devasto: omnem mundi leticiam pulchritudinem et abundantiam incinerare redigo: et tamen illesus in propria natura forma permaneo. Aer dicit, Ego auram bonam et serenitatem prebeo ad commodam ambulandum: ad ingeniose laborandum, ad fructuose seminandum: et ad maturos fructus in horrea et vascula hominum colligendos. Sed quod sepe homines abutuntur bonis datis ad vanitates et illicita lucra exercenda: iratus deus malitiam eorum subito me cogit exercere terribilia in terra in mari, in arboribus in pecoribus, in castris, in opidis in agris, et in omnibus sacris. Nam clara adhuc die nemine advertente nubes elevo, ventos produco, fulgura emitto, tonitrua genero depestates excito, mare perturbo, grandines proicio, imbres effundo, terram concutio, arbores euello, domos subverto, et miram dei potentiam in istis inferioribus terribiliter ostendo: ut omnes peccatores terre deum timere discant: et quod horrendum futurum iudicium in novissimo die sequatur ex presentibus malis perpendant. Aqua dicit, Ego terram imbribus irrigo, fontes et flumina produco, pisces diversis generis enutrio, navis et galeas multis opibus onustas firmiter porto, et ad longinquas regiones in insulas flante vento transuecto: et multa mirabilia opera dei in mari et in aquis multis navigantibus demonstro: ut annunciet opera eius in exultatione cum ad portum pervenerint: et de magnis periculis liberati magnifice gratias agant. Et quia peccata vindictam exigunt, ideo graviter deo offenso sepe naues tempestate quatit et frango: sepe homines solum pretiosas rerum copias aborbeo: et tamquam lutum platearum aurum et argentum in quibus homines confidunt in ymo prosterno: quatenus avari et superbi gigantes qui deprimunt pauperes et defraudant innocentes, in divitiis suis non exultent, nec spem in terrenis ponant: sed in deo vivo, qui cuncta fecit ex nihilo, et pauperes pascit in modico. Ego sanctorum

manus et pedes lauo, et malis et ingratis ad multa deseruo: sitientibus potum presto puteos et fossas impleo purgo sordes, candido vestes: et ad varios usus hominum et pecorum dulcia pocula aquarum de fontibus et torrentibus propino. Ego propter peccata hominum verba sum in cruorem in terra egypti contra naturam de petra deserti largissime fluxi: ad preces sanctorum conversa sum in dulcedinem: et ad verbum christi in saporem operum vivo. Multas igitur gratias deo reddere tenentur qui copiam aquarum habent, et piscis rethibus captant: qui vero vino et poculis variis se inebriant et pauperibus parum aut nihil tribuunt: cum divite in inferno cruciabantur. Terra dicit, Ego homines et iumenta sustento: vias planas et semitas rectas per campos et nemora euntibus exhibeo: montes et colles ne aque prevaleant ad refugium seruo. Ego ligna et gramina et varias herbarum species nutrio: vineas et olieta, ficus et mala granata, poma, pira, nuces, amygdala, faba, pisca, ordeum, triticum, flores, rosas lilia, violas, profero: et per singulos annos cultoribus terre et messoribus consueros reditus soluo. Et pro omnibus istis beneficiis largiter hominibus oportans non aliud requiro et gratum habeo: nisi ut omnes ubique terrarum nationes et insule gentium deum cognoscant, colant, predicent, laudent, et adorent: et super omnia bona visibilia et invisibilia diligant honorent et exultent: quod diu visum, odorant, spirant, terram calcant, fodunt, plantant, et edificant. Ego quoque post mortem carnis recipio corpora defunctorum in gremium meum tamquam mater filios luce paratos: quia de terra facta sunt: et in terram omnia revertentur sicut ad matrem suam. Unde factus est adam et tamquam ad commune hospitale omnium mortalium peregrinorum. Cum enim quis inutilis fuerit mundo, aut senio fatigatus aut bello occisus, aut morbo infectus, aut vultu deformis, et nemo hunc amplius voluerit in domo tenere, nec in lecto refouere: tunc sine longa mora ad me amici vel vicini recurrunt, foueam parant, et abiectum suum ad me reducunt: et sub tecto meo in terra abscondunt. Et quem viventem dilexerant, et valde laudabant et honorabant: iam mortuum vident, nares obstruunt, inspicere horrescunt, et recedunt. Ego autem terra a deo creata, misericordia plena, nullum defunctum

quantumcumque miserum, lazarum, sautum aut fetidum abhorreo aut contemno: sed sine personarum acceptatione omnes ad filios et filias generaliter admitto: qui propter primum parentis culpam cogunt redire in terram, de qua omnes traxerunt origine. Ego indifferenter aperio pauperi et diviti locum sepulchri: et si interdum viventes pro loco digniore litigant defuncti tamen vacent, nec sepelientibus contradicunt. Omnes reges terre, omnes principes, omnes duces, comites barones, fides milites, nobiles igitur nobiles, antistes, abbates, doctores, legistas sacerdotes, clericos, et laicos brevi tugurio claudio tegeo et conseruo: donec novissima tuba resonante christus in maiestate sua cum angelis sanctis apparuerit in maxima gloria. Tunc enim cogor iterum reddere corpora in sepulchris dormientia: ad presentandum in iudicio bonos et malos singulos cum corporibus suis sine mora: ut recipiat unusquisque mercedem vel penam secundum opera sua que gessit in vita. Nec tunc potero aliquem violenter retinere: nec prece nec precio a facie iudicis et ab ira agni amplius abscondere, nec armis defendere: quoniam iustus dominus iuste iudicabit omnes filios terre: iustos misericorditer salvans: et impios pro suis demeritis iustissime damnans. Omnia mortales ista perscrutabitur: et districto dei iudicio cum tremore et gemitu frequenter cogitabit. Omnes enim ut ait apostolus stabimus ante tribunal christi: de singulis malis preteritis rationem reddituri: accusantibus nos ut dictum est omnibus creaturis circumstantibus angelis et demonibus auide paratis ad recipiendum secundum in ignem damnatos. Ibi nullus se poterit excusare: nec ad excellentiam imperatoris appellare: nec istis apostolicis neque privilegiis regalibus se defendere contra sententiam iudicis cuncta ab eterno cernentis: qui secretissimas cogitationes et opera singulorum in qualibet etate et hora patrata cognoscit notitia clara: nullo sibi referente. Cuius tremendum iudicium omnes nunc revereri debemus: et ante iudicium diem et mortis horam cum vera cordis contritione de malis omnibus penitere, et veniam humiliter petere: ne forte de hoc mundo subito ad iudicium rapti, cum impiis perpetuo damnemur. Prestet nobis misericors deus nunc et semper invenire misericordiam ante thronum gratie sue: ut cum electis mereamur benedicere: et in regnum glorie feliciter introduci Amen.

Explicit sermo septimus. Incipit octavus

De vana gloria vitanda et humili obedientia sectanda.

Qui gloriatur in domino gloriatur. Dilecti fratres si vestram seculari vitam preteritam cum dolore cordis recogitans: et quanto deum offendistis: ad quid gloriari potestis? Si etiam negligentias quotidianas et offensiones diversas caute considerare velitis: unde gloriari habetis qui tam defectuosi estis? Qui mala sua preterita et presentia pericula vigilanter attendit: stricte ponderat: nunquam de operibus suis vane gloriari potest. Quis non scitis qualiter deus singula verba cogitationes et opera die et nocte pensat et iudicat: vtrum ea acceptat vel reprobat? Nescit etiam homo quomodo bonus et devotus sit, quod diu sic manebit: si melior an deterior: adhuc fiet. Fratres si occulta dei iudicia et terribilia opera eius super filios hominum ab initio mundi cogitare ceperitis: evanescit citius omne altum et carnale quod delectat in terrenis. Cum sanctus david orat. Confige timore tuo carnes meas: a iudicis enim tuis timui. Sicut deus pius et misericors est penitentibus et reverenter se emendantibus: ita rigidus est et terribilis male et negligenter agentibus. Nolite ergo gloriari in malicia et nequitia elati cordis vestri: sicut multi fatui faciunt: qui luto inquinati non erubescunt: sed etiam ab aliis derisi lerantur et rident. Levate oculos vestros ad celum: et angelorum dignitatem puritatem ac summam beatitudinem respicite: qui non querunt laudem propriam nec alie: nam gloriam, sed dei gloriam, et honorem et decorem: a quo conditos se cognoscunt: in quo et inuicem se diligunt: ac totum ei gratissime ascribunt quod potissime ab eo acceperunt. Si ergo angeli sancti humiles sunt et grati deo in tanta sublimitate: quanto magis homo mortalis et peccator humiliare se debet, et omnem vanam gloriam refutare. Discite mihi fer et superbe non altum sapere: sed humilibus corde et ore consentire: ut invenias gratiam coram deo et angelis: quam elati affectus qui nequeunt, et ne perdas eternam gloriam in celo, quam mali angeli per superbiam perdidit. Stude solum deo in omni opere bono velle placere: et of humane creature propter

deum te subicere: maioribus obedire. minoribus subuenire. oibus reuerentiā exhibere: moris infirmorum et puerorum pie tolerare. Si queris saluari. si optas beat. et exaltari. seq̄ re humilē xpm. et despice te ipsum. Non enim aliter poteris ascendere in celū: nisi te humiliaueris ex toto corde. ppter deū. Non desideres esse in ore hoim: qui vanis laudibus decipiūt fatuū tpalis glorie amatōrē. Inspice in veritate cor tuus. q̄ multis passionibus sit obnoxiū: et nō gloriaberis in teipso: nec p̄ximū tuū despicias. q̄ tūm libet paup̄ sitet in firmus. **A**demouet retine notabile verbum xpi: et cū tentauerit vana gloria mūdī: respō de teipso qd̄ iudeis xps dixit. Si ego gloriifico meipm: gloria mea nihil est. Recedat ergo vana gloria et laus humana de sciētia et arte acquisita: cesset stulta iactantia de opere bono: sermone perito: euellatur secularis astutia de corde religioso: pereat falsa imaginatio de sanctitate foris ostensa: erubescat p̄ sumptio nouitatis absq̄ fructu charitatis: cōtra pacē cōmunitatis. **S**audē semp̄ columbina simplicitas absq̄ felle amaritudinis: corripe fratē in spiritu leuitatis: doce plus exēplo humili q̄ verbo subuli. **P**orta cōpatienter tibi cōtrarium: quē emēdare nō potes ad purum. **V**eniet cito tēpus q̄ iniquitas opprobabit os suū: et nequicia redundabit in caput fallentis: sustinebitq̄ cōfusionē suā qui libēter humanā appetit laudez: et honoris querit dignitatē. **Q**uid sanctitatis confert magni nois dilatatio: qm̄ parū vel nihil virtutes residēt in cōscientia? **Q**uid deuotōis p̄stat diuersarū regionū peruagatio: que magne vanitatis causa est: et mentis distractio? **Q**uid vtilitatis affert religioso domorū noticiā: et altorum murozum et castrorum curiosa inspeccio? **N**empe de terra oia ista facta sunt: et in terrā oia reuertentur. **S**epe etiā per potētā armorū ad puluerē deiciunt: et igne comburant. **A**belior est ergo pauper latens in vili domūcula comedēs olera et legumina cū bona cōscientia: q̄ diues habitās in aula pulcra bibēs vīna et edens pinguis cū leticia et superbia: repletus mala cōscientia. **C**ui pōt illud euāgelicū verbū recte assignari. **S**tolte hac nocte a te aiām tuā repetūt: que aut̄ parasi cuius erūt? **N**emo itaq̄ de vanis hoim laudibus gaudeat: etiā si aliqd̄ laudabile agat. **N**emo de bonitate sua nimis confidat: neq̄ de fortitudine sua inaniter p̄sumat: nec etiā de nobilitate generis se extollat. **N**emo d̄ fa-

cultate scientie infletur: nemo de dignitate latōis super alios glouet: nemo de abundantia pecuniarū et redditū cōfidēs diuitē ac felicem se reputet. nec paupes despiciat: quia nescit q̄ diu uiuet et ista tenebit: nescit quid molestie sibi inde prouenire possit cum deus hoc permiserit. **I**n oi deniq̄ re temporali et opere humano: incertus est. p̄cessus et bonus exitus. **N**am sepissime res aliter eueniunt q̄ hoies putant: et sepe consilia in cōtrariū mutant. **N**esciūt ceci mōtes claro die speculari: q̄uis astuti fuerint. **S**alkuntur frequēter sapiētes in oculis suis de futuris: qui i sua caliditate cōfidētes deū ante oculos suos non habēt. **N**am qui terrena ambiunt. honores diligūt. voluptates sequūt. damna metuūt. p̄spera cōcupiscunt. altiora petūt. in vanis gaudēt iusto dei iudicio iterū dolebūt. miserabiliterq̄ de perditis bonis affligentur. **I**nter spem honorū et metū maiorū cor seculare et carnale p̄tinue fluctuat: quia anchorā sp̄i in celeste desiderū nō fugit: vbi omnia bona abundāt et p̄petue durāt. **Q**uapropter charissimi fratres ex quo nemo pro certo nouit. quid de futuris sibi vtilius sit aut magis p̄ salute anie sue expediat: tutius est et honestius vti consilio sapientum et experiorum et precipue prelatorum nostrorum ac seniorum: qui habent scientiam scripturarum et experientiā periculorū de se et d̄ alijs multis. **S**epe enim diabolus instinctu maligno: deuotos etiā sub specie boni decipit. **N**ullus ergo in deserto suo et imaginatōe priuata capitosus sit: nec in p̄prio videre et naturali ingenio animose abūdet: sed etiā in paruis rebus nō satis clare sibi notis timore peccat: cōsiliū querat. cū deliberatōe agat. mortuū suū dicat: latēs mentis vultus aperiat medico credat: sub fictis verbis semetipsum non decipiat: non aliter ore dicat q̄ in corde habet: quia scriptum est: perdas omnes qui loquuntur mendacium. **E**st regula iuris qui male narrat nihil impetrat: sed omni beneficio indignum se facit et suspectum q̄ pluribus reddit. **B**agna et laudabilis prudentia est. industrie proprie renunciare. humiliter superiori obedire: doctiori credere experientiori acquiescere: et in omnibus bonis deo placitis hylarem se semper exhibere. **N**ec timēdum tibi erroris periculum vbi pia intentio prelati excusat obedientem discipulum. **D**e minimis omnibus religiosis christo obligatis secure suadendum: vt totū negotium

plexitatis sue. totū desiderū deuotionis. totum studiū lectōis. totum otium p̄templationis: oēm fructū p̄dicationis sue. et quicqd̄ boni mente cōcipiunt: primo studeāt deo in secreta ofone p̄itare: deinde hoc idem fideliter plato suo sicut vicario xpi in aperta confessione humiliter exponant: et indubitanter ipsis cōmittant quid facere debeant vel dimittere. **N**am p̄fecta obediētia de suo p̄prio questu nihil habere debet: nec paruum nec magnū cum amore vicioso possidere: quatenus omni cupiditate et comoditate euulsa: p̄ posse liberū volatū aīa habeat ad celum. **H**uic xps iam viuere est: et mori p̄ xpo maximū lucrū. **E**sse vere cū xpo vnicū desiderū: et felicissimū bonū. **F**rēs semp̄ in corde firmi ter teneatis verbū sapientis salomonis: qui simplicē obediētiā cum resignatōne p̄prie voluntatis p̄fert oibus sacrificijs dicēs. **B**elior est obediētia q̄ victima. **E**t item. **O**mnia fac consilio: et post factū nō penitebit.

Exemplum.

Rant duo deuoti frēs in cōgregatione dauentriensi studio vacantes loquebant̄ pariter de virtute obediētie. **D**ixit ergo vn̄ alteri socio suo. **S**emp̄ mihi male successit: qm̄ neglecta cōsilio feci voluntatē meā. **R**ūdit alter. **N**ec me penituit: q̄ bonis cōsilijs acquieui. **N**oui fratē senem qui in iuuetute sua seniorū verbā valde libēter audiuit: s̄ de hoc multū doluit: q̄ multa obliuioni tradidit.

ExPLICIT sermo octauus. **I**ncipit nonus. **D**e spūali militia contra vicia

Cum audieritis prelia et seditōes: nolite terreri. **D**ilecti frēs i hac vita inter hostes versamur: et ex oī pte bellū nobis instat cōtra vicia gerendum. **Q**uotidie tentamur et impugnamur nūc quidē molliter. nūc acriter. sp̄ autē piculose et neq̄ter: diabolo nob̄ vbiq̄ insidiāte et infestāte. **N**ull̄ q̄pe viuēs a tētatōib̄ et turbatōib̄ totalit̄ liber ē q̄ diu spūs i corpe manet s̄ quilibet cogit̄ etiā inuitus portare p̄odus diei et estus. **N**emo ergo ocio torpeat nemo a castris dei recedere cogitet: nemo aīa sine belli arma sua deponat. **A**ccingat̄ noui miles ense nouo in seruoze spūs i corpe diabolū pugnaturus: pugnet fortiter in gladio bis acuto: timorē pariter et amorē dei in mēte habēdo: secretū ofonis querēdo: publicū et oīū sūme vitādo. **N**emo enim corona blif̄ in celo nisi q̄ legitime certauerit p̄tra p̄-

fiones suas et vicia in hoc mūdo. **E**ntis nouus est nouus feruor scē deuotōis: q̄ a p̄ncipio cōuersionis sepe dat̄ benigna sc̄ispūs illustratōe nouis militibus: ad p̄liandū fortit̄ p̄tra tentatōes futuras. **L**auceat ergo diligēter nouitius ne deuotōis gratiā p̄dat torpore infectus: s̄ of tpe ad spūalem pugnā se p̄paret et oret sepi: vt sit vnus de electis abrahe vernaculis. qui hostes suos vicit fide et p̄ce armatus. **A**ciat gladiū suum frequēter innouādo primū p̄positū suum qd̄ accepit: nunc meditādo passionē d̄ficam: nunc martirij certamina et cruenta vulnera: nunc eterni ignis incendia. nunc demonū grandē horrorem: nunc intolerabilē picis ac sulphuris fetorē: nūc inferni p̄funditatē. nunc damnatorū flebilem clamorē: nūc oīs salutis desperationē. **H**ec si ad mentē venerint torporem excutiūt: cōcupiscentiā carnis reprimunt: viciōrū rubiginē p̄sumunt negligentiā redarguunt: et ad spūalem p̄fectū et deuotōnis feruorē feruēter accendūt. **T**imeat ergo nimis tepidus religiosus: restringat se vagus et dissolutus: ne veniat in illū locū tormentorum vbi nullus est exitus nec misericōdie locus. **N**ūc vbi i tpe grē negligentias p̄teritas corrigere studeat: secretariū cordis sui p̄ humilē confessionē et deuotā ofonē purget: recolligat se p̄ sacrā lectionē et frequentē cordis cōpūctio nem: refrenet verborū leuitatē p̄ silētij custodiam: refortet interne pacis trāquillitatē p̄ externoū negociorū obliuionē: expellat irruētes sordes malarū cogitationū p̄ puram celestij meditationē: et ad placandam citius dei offensam: verā teneat humilitatē. **H**ec p̄tinent ad viriles et bellicosos tyrones: q̄ propter tres hostiū cuneos iubenē in armis stare: et cōtra carnē mundū et dyabolū p̄ totā vitam suā strenue dimicare. **B**ellare et oportet cū adiutorio dei instāter orando: a delicatis abstinēdo. patiēter aduersa tollerādo: sicut fecerūt oēs sc̄i. et p̄cipue martires xpi: q̄ fortissime certādo vicerūt aduersarios suos benigne patiēdo: atq̄ post multa improperia et tormēta innocēter moriēdo. **N**ō attēderūt ad amicos et parētes carnales: nō ad diuitias et honores tpales: s̄ ad eterna premia ad celestes thesauros. ad coronas triumphales: et ad imarcessibiles glorias p̄merēdas. **E**t enim p̄ trāsitoria tormēta: meruerūt sine mora migrare ad gaudia sempiterna. **N**ūc gaudēt aīe eorū i celis: q̄ vestigia xpi secuti sūt in cōrumelijs et grauissimis penis. **C**ertas

uerit etiam scilicet confessores sobrie iustet pie viuendo: sepe ieiunando. uigilando orando. meditando. studendo. gemitendo. plorando. p suis pctis et aliorum supplicando. oblocutiones: de tractationes. derisiones. murmuraciones. minas. exactiones. damna et iniurias sustinendo: in fide recta. spe firma. et charitate pfecta usque ad mortem pseuerando. ¶ Certauerunt etiam scilicet et solennes sancte ecclesie doctores. contra hereticos et varios errores disputando. uerbum dei sedule predicando: libros scribendo. studendo dicando: questiones mouendo. dubia soluendo. obscura lucidando: uiciosa refutando. salubria proponendo. recta et uilia hominibus pfuadendo: a curiosis intricatis et infructuosis que stunculis simplicibus phibendo: pigros excitando dueros concipiendo: tristes consolando. debiles confortando: ac bonum exemplum uiuendi alijs quotidie exhibendo: ut quod uerbis suadere non poterat: pbiis actibus affirmaret. ¶ Certauerunt etiam sancti heremite et monachi et diuersorum ordinum pfessores. seculo renunciantes uanitates mundi et delicias carnis spernentes gloriā et honorem tpalem concalcantes: tumultus hominum fugientes. solitudinem diligentes. pro patria relinquentes: cruce suā tollentes: corpus suum p abstinentiam castigantes. linguam silentio refrenantes: euaginatōes et discursus deuotantes uolentiam sibi p singulos dies inferentes: iugo sancte obediētie se sponte subiicientes. in claustris sub regularibus disciplinis stricte uiuentes: aplicam pfectionem imitantes et ppter xpm quādiene crucifixioni se tradentes: oibus inordinatis affectibus et pprijs motibus pfecto corde reluctantes: nil sibi ex oibus caris uirescibilibus libris uel uestibus priuato amore retinētes. Nil quippe pfecti. nil salubrius. nil uilius. nil laudabilius. nil securius et quietius. p bona pscia et pace cordis habēda. que ut religiosus deo deuotus et pfectus monachus oī hora sine contradicōe sine mora. sine fictione. sine auersione promptez libeter plato suo obediat: seipm fortiter vincendo humiliter sbiciendo. patienter onerosa et insuauia supportando. Ad istam pfectōis uiam seruandā. requirit magnus certamen contra sensualitatis inclinationē: contra ppriū sensum prudentiam. contra malā suā cōsuetudinem et carnis libertatē. que inuite uult alijs subdi et regi et artari: sed potius querit spaciari in cunctari et deliciar. Hec enim ualde contraria sunt legi dei et rōni. et cōi paci fratrum: ac bono regimi claustrali. Quapropter multā lauda-

bilis et uere amabilis reputabitur simplex obediēs frater: qui hylari uultu et corde beniuolo paratus est oibus obsequi exēplo iesu xpi seruās legē uite et discipline p salute aīe sue in ordine regulari. Rursus multū culpabilis et rephēnsibilis est astutus frater in sensu suo abundās: qui non obedit humiliter suo plato reuerentiā et subiectionē ei exhibēdo. Uell qui inuite ac victo corde obedit: et leuit murmurat. Hunc xpus pfi suo obediēs grauer arguet: et sepe in p̄senti duriter vindicare sollet. Nam ipse plato ecclesie dicit. Qui uos audit me audit: et qui uos spernit me spernit. Ad ergo aplis dixit hoc etiam successoribus eorum et ceteris platis dicit: hoc et in monasterio rētoribus loquitur: iubēs subditis ut obediāt ppter deū. ppter magnū meritum et bonū exemplū: quod oibus obediētibus dabit gratiā et eternā gloriā: inobediētibus xpo et pueris cōfusione et penā eternā. ¶ Uerusnamq obediēs et p̄tibus sublimioribus a deo cōstitutus se subdēs: cōparat sapienti negotiatori: qui i oī loco et foro uenali cogitat lucrū suū augere. et dāna p̄cauere: meliora nūc cōparare et uilioribus non implicari. Sic etiam religiosus uinculo obediētie ligatus pensari debet et conari in oī ope et negotio sibi commisso: ut fideliter agat nil omittendo quod deo placet: et plato sibi p̄mittit. Tunc enim maxime in bono p̄fici et meritū suū ampliari: si uisibilia mundi spernēdo celestibus intendit: si obediēre ad alterius nutū p̄ cunctis opibus reputat aīe sue lucrū. Melior est enim obediētie fructus: que pprie prudentie cogitatus subtiliter auisatus. Et multo fructuosior est relicta uolūtas. ppter deū: que studiū longum et psalteriū plectū. Būis igit religiosus cuiuscumque ordinis et status: que xpm sequit modo p cruce et carnis uolentiā semp obediēre paratus: quā in fine obitus sui recipiet cū scis cōfessoribus speciale p̄miū i celis: xpo p̄mittēte dicēte his uerb. Euge fue bone et fidelis: quia pauca fuisti fidelis: intra i gaudiū dñi tui. Non ergo dedigne homo uilis et ignarus puluis et cinis futurus. se subdere et obediēre hominibus salubria suadenti: quādo angelus obedit angelo uino nutu aliquid sibi influenti. et sanctus gabriel missus a deo uenit nunciare marie incarnationem christi. Sed hoc amplius mirandum est et omnibus nobis propostū ad imitandum: quod deus homini obediuit. seruauit. et ad uilia et infima se hūiliter inclinauit: ne alicui q̄tumcunq magno docto uel no-

bili graue sit obediēre maiori. aut etiā equali uel minori: cū xps hec oīa prius fecerit. Obediuit namq ioseph et matri relinquēs tēplū et doctores ubi poterat habere fauorē et honorem: descenditq cū parentibus in nazareth et erat subditus eis: ubi multis amicis que magis esset māst diu incognitus. ¶ Certauerunt etiā fortiter contra hostes suos sacre uirgines et uide continentēs: que seculi uanitates et carnis voluptates ac diabolicas tentationes in etate puellari et sexu fragili uicerunt amore iesu xpi: oīonibus uigilijs et ieiunijs insistētes. mūdāna cōsortia et colloq̄a inutilia uitātes. corpa sua castigātes. ab oī ornatu superfluo abstinentes: soli deo sincera mēte et casto corpore placere cupiētes. ad celestes nuptias p̄fctā desideria et interna suspiria quādiē se p̄parātes: deuotīs meditationibus hymnis psalms tanq̄ floribus albis thalamū cordis adornantes cōtritōe et cōfessione maculas cōscie lauātes: et ad celestis et inuisibilis sp̄s p̄sentiam incessanter cum gemitu et ardenti amore anhelantes. ¶ Sacra trophea uirginū: o fortia bella puellarū. uidiuarū et nobiliū dñarū que ppter amorē castis sponsi et angelice puritatis pulcritudinē seruandā. p̄tempserunt nuptias terrenas. amicitias uiroium. patri monia parentū. solatia filiorum. cōuiuia cōgnatorū: ornāmēta uestitū splendorē gemarū copiam uasoz. anulos aureos. ciphos argēteos. uarias suppellectiles. cortinas sericas. sedes depictas. ministeria seruozum. comitū uas ancillarū. organa musicorū: spectacula ludozum. et oīa delectamenta gaudiorum mūdānoz: que offert et ostentat uanus et lubricus hic mundus insipientiū oculis. Hec enim nihil p̄ferunt nec p̄sunt amatoribus suis: qui letant in perituris et ludicris rebus fallatjs et doloribus plenus. Felix igit caterua sanctarū uirginū: que cuncta seculi huius gaudia et corpis ornāmēta tanq̄ stercoza repudiā: et studuit p̄ uita eterna: et magis cum angelis et archāgelis cōcupiuit beatificari in celesti gloria. ¶ Vere beata contio uirginalis sepius. que in suo gradu stabilis p̄mansit: et usque ad sanguinis effusionē uicjs ac tyrannicis legibus contradixit. Ideoq̄ speciosissimas in celo coronas p̄ciosissimas gemas et margaritas in celo coronas p̄ciosissimas sui a xpo p̄cipere gloriose laude p̄meruit. Quis etenim digne et sufficienter poterit explicare quales sepe angustias p̄tulerūt in corde: quales tentationes in carne: quales suggestiones demo-

nū sentiebāt in ofone: qui eas a castitate xpi ad delectationes instigabāt. Heu quāta consilia machinatus est sathanas p̄ amicos suos. p̄ matronas blādientes. p̄ multiplīces quoq̄ derisiones et terrores ut seducerēt eas et traherēt secum p̄ breues delicias ad penas infernales. Sed xpo auctore miserante et iuuante nil ualuerūt contra uirgineas acies diabolica figmenta: nec hominum impiorum clamores nec uranorū uerbera: nec arma mirantina mortes. Quā charitas xpi fortior omni armatura dignior omni honore: pulchrior oī decore. suauior omni melodia: tam uehementer ardebat in uirgineis cordibus et femineis turmis signo crucis armatis: ut nec ignis nec uerbera. nec bestias nec carceres. nec famē nec mortē pati timerent: quatenus firmam fidem et castitatis gemmā puro corde et corpore p̄petuo cum honore in celis cōseruandā cōseruarent. Hec igit beatorū martyrum certamina. sanctorūq̄ confessorum longam et durā abstinentiā. et p̄cipue sanctarum uirginū castimoniā. patientiā ac p̄seuerantiā ad imitandū uobis p̄ponere debetis: et ad resistendū uicjs et passionibus uiriliter uos armate. Honor oēs in charitate: ut pro scuto lutaminis sanctorū suffragia non negligatis: ne in tentationibus uis deficiat: largiente dño ihesu xpo oīm bonozū remuneratore Amen.

¶ Explicit sermo nonus. Incipit decimus. De uarijs bellis et periculis huius uite.

¶ Caro concupiscit aduersus spiritū. spiritus autem aduersus carnē hec est sibi inuicē aduersarij. Dilecti fratres superiorem sermone pauca de spiritu rituali sanctorū militia audistis: nunc consequenter de diuersis bellis aliquid dicēda sūt ad cauendū laqueos et dolos serpentis anti qui nequicia plenus tanq̄ leo rugiens circuit querens quem deuoret: et specialiter contra nouellos milites xpi atrociter fremit. Inuidet enim eis gloriā regni celestis. Unde ipse subito per supbia cecidit cū multis cuius p̄suasione pestifera plures decipiunt: et quibus famosi uiri in scientia et regimine sublimati errauerūt uana gloriā infecti: qui hominū amicitia tracti lapsi sunt et grauer vulnerati. Cauete autem nouiter conuersi fratres a duobus p̄cipue malis: scilicet a desiderijs carnis libus repente irruentibus per quinque corporis sensus: et ante supbia mētis p̄ appetitū ualde laudis: ne gratiā in te deuotiōis p̄datis

cum mercede terne retributionis. **A**littia nostra fratres charissimi non est carnalis potentia: sed benigna omnium iniuriarum pro christo sufferentia: non secularis sapientia: sed humilis obedientia: non corporalis commodi exquisitio: sed carnis afflictio: non laboris subtractio: sed prave delectationis mortificatio. **S**i queritis quod diu durabunt bella ista inter carnem et spiritum. inter diabolum et hominem. inter mundum et christum: dico secundum euangelium et apostolum: usque ad ultimum vite nostre terminum et seculi consumationem. **D**ixit enim christus ante passionis sue horam: tristis est anima mea usque ad mortem. **E**t ad discipulos in ultima cena. **I**n mundo pressuram habebitis. **S**i me persecuti sunt: et vos persecuti erunt. **E**t ideo eos confortans ad patientiam et perseverantiam: ait amicis de suo recessu quatuor. **N**on turbet cor vestrum neque formidet: quia vado parare vobis locum: ut vbi sum ego et vos sitis mecum. **S**ed interim dum estis in mundo teneatis patientiam: pro forti scuto: et verbum dei pro gladio acuto: et locum fidei in omni periculo. **C**onfido semper in deo. **O**remus ergo fratres ut gratiam et misericordiam inueniamus in conspectu domini nostri iesu christi: doceatque nos artem certandi contra passionem et vicia nostra: quae nos impugnant et tentant quod diu in carne vivimus: et corpus nutrimus. **D**icitur vniuersis cum dauid in psalmo quod diabolo insidiante tentat aliquis victor: vel molestatur ab homine peruerso. **D**omine expugna impugnantes me ne deficiam sub onere: quia sine te non valeo resistere nec sustinere. **Q**ui enim sepe tentatur et in tentatione sua ad christum cito confugit et orat: pro gratia eius liberabitur. confortabitur. et prevalebit: multumque proficiet in virtute patientie: et maiorem coronam pro forti certamine recipiet. **Q**ui autem raro aut nunquam tentatur: nec propriis nec alienis maliciis molestatur: hic angelus potius dicitur esse quam homo terrenus. **H**uius habitatio vorius in celo querenda est quam in terra. **N**am ibi summa pax et concordia: hic autem pax rara brevis leticia: quies modica: turbatio frequens: grauis cura. et incerta victoria. **N**on tamen desperandum est: quia pro minimo labore et dolore dabitur gaudium sine fine. **S**ed multitudine bellorum et hostium nostrorum fraudes: quis poterit evadere? **N**ullus nisi a deo illuminatus fuerit: et bene eruditus in scripturis sanctis: sicut paulus qui ait. **N**on ignoramus astutias eius. **A**udite tamen pauca de bellis bonorum et malorum ex divinis libris ad cautelam et eruditionem vestram: ut cautiores semper sitis ad resistendum periculis malorum: et fortiores ad perseverandum

in semitis iustorum. **P**rimum bellum incepit per angelos in celo: quoniam lucifer pro superbiam voluit altius se extollere et assimilari altissimo: et quasi in propria virtute gloriari: et in se ipso singulariter delectari. **H**oc precepto in superni regis palatio: sanctus michael et angeli eius indigne ferentes arrogantiam superbientis luciferi permoti sunt zelo iusticie: et elecerunt omnes superbie ciues de finibus suis. **N**on enim debuit aliquis angelorum quantumlibet magnus supra creatoris sui magnificentiam se erigere: nec factus factori suo se equare: nec in decore sapientie sue temere gloriari: nec aburi donis altioribus a deo sibi gratuito collatis. **Q**uia ergo sathanas pro tumore superbie se nimis extulit vane gloriando. et sedem suam supra ceteros elevando: iusto dei iudicio cecidit de felici societate sanctorum angelorum in abyssum inferni et carcerem damnatorum. **D**e quo salvator ad discipulos ait. **V**idebam sathanam tamquam fulgur de celo cadentem. **D**e cuius terribili casu et irrecuperabili lapsu: beatus iohannes euangelista loquitur in apocalypsi dicens. **F**actum est prelium in celo: michael et angeli eius preliabantur cum dracone: et pictus est draco in terram. et angeli eius cum illo missi sunt: et non est inuentus locus eorum amplius in celo. **E**cce quanta meruit superbia dyaboli: qui pietus est a facie dei celi ne videat gloriam dei. **Q**uare sine dubio consequi non poterit: qui in seipso voluerit gloriari. **H**inc etiam ysaias manifeste de reproborum perditione exclamat. **T**ollatur impius: ne videat gloriam dei. **C**ertissimo exemplo iam patet quod maxime extollentia superborum deo displicet: qui angelis superbientibus non peperit: sed eternis eos ignibus tradidit cruciandos omni spe venie ablata. **H**eu quam severa sententia superni iudicis: proijci a iocunda facie diuine maiestatis et perpetue felicitatis: et semper comburi acerrimis flammis que non possunt extinguari aquis nec remediis mitigari. **Q**uapropter vivum quod formidandum est de tam seверо dei iudicio in angelis superbientibus eternaliter damnatis: sed potius cum psalmista confidendum et orandum. **N**on veniat mihi pes superbie: et manus peccatoris non moveat me. **E**t iterum **N**onne deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum. **S**ecundum bellum incepit in paradiso primo homine formato: scilicet inter diabolum et hominem. inter eum et serpentem. **N**am diabolus invidens hominem adhuc innocenti

posset obtinere ascensum celi per obedientiam mandati: accessit in specie serpentis eum callida questione ad mulierem. quam novem: rat infirmoorem et viro molliorem: ac blandis verbis et astutis persuasionibus seduxit facilliter sibi credentem. **S**ed preceptum in tali articulo non attendente. **S**ed pro dolor homo bene a deo perditus et in optimo paradisi loco possessus: per transgressionem sacri mandati. perdidit innocentiam statum et maxime quietis locum: ob vniuersi viliissimi pomi morsellum. **I**deoque grauius deum offendens mortis incidit sententiam. et multam corporis et anime meruit miseriam: sicut iam veraciter nos omnes filij eius expimus: patimur et dolemus: qui vicio originalis culpe in quantum corrupti et statim de pomis: quod diabolica nequicia seductus et mortalis peccati veneno intorcat. multis vulneribus sauciatus est: scilicet fame. siti. frigore. calore. labore. sudore. peste. languore. et mortis horrore. **H**eu etiam paradysum perdidit et celum ob inobedientie culpam: per serpentis fallaciam et mulieris insipientiam. **Q**ue nimium credula verbis dyabolicis decepta est quibus modis in quantum sensibus corporis: scilicet per auditum falsi sermonis. per visum pulchri coloris. per tactum pomi noxialis. per odoratum boni odoris et per gustum dulcis saporis. **S**ed quod peius est gustato pestifero cibo. deceptus vterque virum suum blandiendo et tradendo ei fructum illicitum: sub pena mortis ambo: bus interdictum. **H**oc autem malo temere perpetrato: iratus est deus expellendo eos de paradiso voluptatis: de amenissimo et quietissimo loco totius orbis: et ad agendam penam detruisit eos in huius mundi exilium tamquam in carcerem. ad manducandum panem doloris et laboris: cum cunctis diebus vite eorum. cum vniuersis filijs posteris suis: ex eorum semine nasciturus. **I**stud bellum inter diabolum et hominem tam diu durabit: quod diu humanum genus versatur in terra. **E**t donec compleatur electorum numerus: non cessat malignus spiritus persequi bonos sibi contrarios. **S**ed tamen plus et misericors dominus deus homini lapsus participans: ait ad serpentem tortuosum. inuidiosum et maliciosum. **I**nimicitias ponam inter te et mulierem: et semen tuum et semen illius: christum designans ex femina nasciturum: et genus humanum redempturum. **I**psa inquit proteret caput tuum: et tu insidiaberis calcaneo eius. **E**x his verbis patet nequicia et malicia dyaboli contra nos: quia non est sibi credendum nec secum fabulandum. nec cum eo disputandum: quia callidior est omnibus astantibus in terra: et subtilior omnibus studentibus in scholis

et seculi negotiis. **C**auete novitium caput serpentis: initium tentationis: latet sub herba virus serpentis: qui sepe venit et decipit puerum sub specie pulchri pomi intus fetentis. **N**on solum autem simplices et laicos decipit sed etiam doctos et magistros nominatos atque claustrales: varias eis ingerens vanitates. **T**entat quasi quotidie per quinque corporis sensus: nunc per carnem alluciendo: nunc per spiritum elevando: nunc per iram indignando. **N**am enim facit homines rixari propter honores et diuitias: aut letari in delictis aut nimis tristari in aduersis et damnis terrenis. **H**ec sunt opera dyaboli: qui cecidit per superbiam de altitudine celi. **I**psa fecit filios israel murmurare propter laborem et penuriam ciborum in deserto: persuasit iudeis sacrificare ydolis in templo deo consecrato. **I**psa tentauit christum tribus vicibus post longum ieiunium seminavit zizaniam inter triticum: inter apostolos traditores: inter discipulos murmuratores: inter dyaconos seductores. inter fideles fidei persecutores. **I**psa seduxit iudam per furtum: de furto traxit ad laqueum: de laqueo miserum duxit ad infernum. **I**bi nulla est redemptio: nec vllum refrigerium. **H**eu omnes consentientes sibi alliciat ad peccandum contra deum et proximum: atque post multa mala suadet perdere seipsum: negligere celum et diligere mundum. **Q**uis est qui monachum trahit ad seculum: et ad tumultus hominum? **D**yabolus insidiator: animarum. **Q**uis clericum de choro trahit ad forum? **D**yabolus omnium doli artifex diuinum cultum impedire cupiens. **Q**uis laicum conuersum de labore trahit ad otium et fabulandum? **D**yabolus circuitus orbis ut inueniat aliquem foras vagantem et parum vel nihil pro communi laborantem. **Q**uis pigrum in lectulo retinet: ne suscitatus cito surgat? **D**yabolus claudens oculos somnolentis. ut parum adhuc iaceat et somnolentie sue satisficiat. **G**audet enim de pigritante: et sepe tarde veniente. **Q**uis discordias inter fratres seminat: et suspiciones multas in eis generat? **D**yabolus pacis turbator. litis amator. nequie inuictor. mendacium pater: veritatis obscurator. dolositas auctor. parcialitas suscitator. **Q**uis docet amare delicias. vitare labores. concupiscere honores: bene comedere et bibere. et ornate incedere? **D**yabolus incitator gula. commotor ire: castitatis perditos. clericorum insidiator. monachorum tentator. virginum molestator. continentium impugnator. innocenti seductor. simplicium derisor. sapientium subuersor. bonorum detractor: prauorum comen-

ignaris: prudētes cum fatuis. validi cū infir-
mis stabiles cum incōstantib⁹. modesti cum
discordantib⁹: et sic de alijs multis vicijs et mo-
ribus hoīm bonoz et prauoz. iux illud psal-
pphete. Habitabit lupus cum agno: et par-
dus cū hedo accubabit: vitulus et leo. et ouis
sū morabunt: et puer paruulus minabit eos
fiunt autē hec oīa tam p̄spera q̄ aduersa cū
bonis et malis similiter in hac vīsa p̄missione
diuina: ad ostendendū occulta iudicia dei in
oibus vīs suis: vt probent electi et purgent
deuotū p̄ malos: et nō sup̄biant de bonis sibi
collatis. Viuunt mali cū bonis. vt p̄ exem-
pla bonoz p̄uocent ad emendationē morū
suoz: et nō habeant excusationē per ignorā-
tiam bone vite discipline: quā vident in bo-
nis sibi p̄iunctis. Quidē valde incōstantes
sunt: et cito mouent in odiū vel amorē ex leui
verbo vel facto alterius. Rident p̄ leui fabu-
la: et p̄ musica volante irascunt. Quidā p̄ re-
creatione querūt hoīes: vt amittūt deū et san-
ctos. Non est paruū dānum: p̄dere deuotio-
nis grām p̄ multiloquiū. Quidā de aliorum
malis loquunt: et suos defectus emēdare ne-
gligunt. Quidā de futuris bellis terrarum
p̄eloquūt: s̄ melius esset q̄ de bellis cōtra
vicia cogitarent et qualiter illa vincerent. Si
eterna bona et mala ad cor trāsferent: oīa tēpo-
ralia citius euanescerent. Qui de mūdo sunt
de mūdo loquūt: et que xp̄m diligunt et de
celestibus cogitant: et alijs celestia q̄ amāt li-
benter denūciant. Stulti stulta et vana refe-
runt: et leues corde libenter leuia audiūt. bo-
num ē ergo de friuolis rebus et incertis euē-
tibus tacere: et deo oīa occulta iudicia sua cō-
mittere: sine cuius p̄uidētia nec folium arbo-
ris cadit in terra. Nec sine causa iustus p̄mi-
tur: nec paup̄ spoliatur: nec innocens occidit.
Nemo de deo iuste cōqueri habet: q̄ oīa iu-
ste sapiēter et prouide disponit: licet hō vias
iusticie eius nō cōprehendat. Qui enī spem
suam in deo firmiter ponit. bene statz nō va-
cillabit: qualiter cūq̄ res in mūdo transeunt
Unde ergo lites et bella inter hoīes? Hōne
et cupiditā carnis et sup̄bia spūs? Radix
enī oīm maloz cupiditas. Que si refrenata
non fuerit: ad innumera mala perducit. Cū
enim desiderata bona negantur. aut habita
subtrahunt: fit animus tristis. exurgit latēs
passio litis in corde: et indignatio apparet in
vultu. et vox dura erumpit ab ore. In nobis
ergo est materia litis et discordie fomes: scilicet
cupiditas rei. amor habēdi. timor perdēdi.

di. dolor boni amissi. Malus x̄o et impatiēs
plus nocet sibi q̄ alijs: et magis ledit a seip̄o
intus. q̄ ab alijs foris. Omnis passionatus
on⁹ sibi p̄sibi est et turbatio cordis: vbi cūq̄ fue-
rit siue solus siue cum alijs multis. Cōtinua
et domesticalis nostra hec est quia caro nra
non est subiecta spiritui scdm̄ rectam rationē
bene viuendi: nec spiritus perfecte subditus
est deo: scdm̄ omnem voluntatem suam. sibi
soli intime placendi hic et in eternū. Sed dra-
bolus maliciosus q̄ escere nescit: et vbi ipse nō
venit nuntū occulte mittit: vt pacem aliorū
turbet. aut callide decipiat. Aut enī a bono
retrahit. aut ad malū incitat: aut falsa p̄ve-
ris suggerit: aut de veris dubium facit. Sed
fallit qui sibi credit. Quid aliud habet age-
re: q̄ per mundū discurrere et hoīes tentare.
et bonos verare? Sed qui in deo confidunt
et ad orationē cito recurrunt: omnia consilia
eius tam q̄ arancarū tela xp̄o iuuante distrū-
pere possunt: et in nullo timere debēt minus
maloz. Nemo securus a laqueis tentationū
q̄ verus humilis. perfecte obediens. et paup̄
peregrinus: qui nil commodi tēporalis que-
rit: nec bona mundi p̄cupiscit. Quis est hic
et vere laudabimus eū? Q̄ laudabilis vir-
tus humilitas: que laqueos dyaboli euadit
omnes. Quā preciosa et decora virtus casti-
tatis: que carnis illecebras vincit cum oibus
mundi pompis. Magna virtus paupertas
spontanea: qua emitur celum sine pecunia.
Nobilis virtus patientia: p̄ qua vincunt oīa
mundi aduersa. Sublimis virtus obediē-
tia cui sepe obediūt elementa et que vident
homini impossibilia.

Exemplum obedientie.
Quit deuota quedā priuissa in ordi-
ne regulariū quodaz tēpore ex febris
bus valde infirma. Cuius doloribus
vna iuuenula foroz cōpatiēns: etiam lacry-
mas fudit. Que secrete intrauit chorū pro-
sternens se ante reliquias sanctorū. orans ob-
nixe vt mater cōualesceret: et ipsa p̄ ea febra
citaret. Et statim factum est ita. Nam oratio
ne cōpleta iuuenula cepit egrotare. et p̄uocata
sa eodem die et deinceps recōualuit. Audies
autē mater p̄summa iuuenulā infirmari. voca-
uit eam querens ab ea quid egisset aut cōme-
disset. Que respondit. Nihil mali comedi.
Sed cogitavi et rogavi dominum q̄ melius
esset vt ego pro vobis infirmarer: et vos sana-
tūc essetis deuota mī cūz bona fiducia quā
in deo habuit ait. Ex parte dei precipio tibi p̄

obediētā: vt amplius non egrotēs. Quarū
preces deus exaudiens dedit vtriusq̄ salutē
ad sancti nominis sui inuocationē laudem et
honorē. Amen.

Exemplum patientie.

Quidam frater interrogauit quendā
peregrinū delonge venientē dicens
Dic mihi bone amice: qd boni in via
vidisti et vidisti. Respondit. Patientiā pau-
perū audiri a multis satis laudari: s̄ a pau-
cis vidi imitari. Quid plura? Aut inter deli-
cias cōperi spinas int̄ honores vidi dolores
et inter diuitias inueni frequētē lites: et cu-
ob fragilitatem humane vite: que de facili declinat a deuotionis seruitute ad terrenas occupationes per recreationem aut sub specie utilitatis aliene. **S**ed vallit deo sepe vacante angelus sathane: sub specie recreationis externe. **I**deo quod deuotis precibus amplius est insisterendum: et sacris meditationibus fenestre domus nostre fortius sunt muniende: ne dyabolus loquax intrandi habeat per euagationem mentis: et hoc maxime in tempore orationis et studio sacre lectionis. **V**enit enim sathanas occulte per ostium visus vel auditus cum fantasias externis querens rapere spalmum vel verbum ex ore legitis: aut suadens exire choram ex tedio mentis. **Q**uapropter magnopere satagendum et ad interiora tempestiue reuertendum: quatenus christo veniente et ostium pulsante statim sibi aperiat: et lux gratie eius dulciter infuset: et tota domum mentis illuminet purificet et sanctificet et ab omnibus irruentibus viciis cautius custodiat et defendat. **O** benignissime digne iesu chrisse misericordia mea et refugium meum in omni tribulatione et angustia mea: o vitam digneris quandoque cum celesti lumine comitantibus angelis in domum anime mee intrare: et cum aureo thuribulo aromatibus pleno omnia interiora mea thurificare. et cor meum in templum sancti spiritus consecrare: cruce sancta signare. oleo gratie inungere: auream vitam cum manna ibi reponere. et librum legis tue lateri meo fixe applicare ut in eo studeam celestia ac diuina mandata tua die ac nocte. **Q**ui diu dego exul i terra debet etiam domus anime nostre habere quatuor fortes trabes: ne elationis vento parietes moueantur: aut maledictionis iaculo aliquis percussus a veritate euangelii et sanctitate humilis vite recedat. **O**mnia enim sine humilitate et firma custodia: periculis patent et ruinis. **T**eneat ergo anima fidelis trabem iusticie. nulli inferendo iniuriam: teneat trabem solitudinis pie sustinendo aliorum malitiam: teneat trabem temperantie refrenando carnis petulantiam: teneat trabem prudentie cauendo erroris fallaciam. **S**ili a iuuentute accipe doctrinam: disce a sapie sapientiam ut sis prudens: est enim ignorantia mater erroris. **N**oli etiam esse negligens: quod negligentia est perditio multorum bonorum operum et temporis. **Q**uis facile recuperabit tempus amissum: **U**na hora silentii cum deo expensa plus letificabit conscientiam: quam tres hore vane fabulatio presumptio. **S**itis ergo charissimi diligentes in opere: custoditi in ore. simplices in malo: prudentes in bono: deuoti deo. benigni

proximo. alieni mundo. propinquum celo. **Q**uare debet domus anime nostre habere tectum solidum et integrum contra pluuiam et ventum: ne opus bene inceptum pereat ante finem completum: et incurras scandalum qui reliquit ex incurtia regere domum bene fundatam. **S**icut spiritus in canticis. **L**igna domorum nostrorum cedrina: laquearia opressina. **E**x duobus lignis sunt tigna: quae in vertice domus sunt iuncta et inferius diuisa: scilicet clauis parietibus affixa. **H**abeat ergo anima constantiam in principio conuersionis sue ad proficiendum in virtutibus: teneat etiam perseuerantiam boni operis usque ad exitum vite de ergo galeo corpore: ut consequatur per breui labore certaminis premium eterne beatitudinis. **C**um istis duobus lignis constantie et perseuerantie constructus et perficit tectum anime fidelis: que facta est ad imaginem sancte trinitatis. **M**ulti seruenter incipiunt sed paulatim tepescunt: ad exteriora se vertunt: et negligunt proficere quod inceperunt. **H**orum domus sanum tectum non habet: ideo cogitationes male sepe intrant quae conscientiam maculant: et deuotionis gratiam perdunt. **T**andem vento tentationis duriter flante. aut cadunt a bono proposito: aut cogitant recedere a loco suo instigante diabolo. **I**sti ergo nisi consilio prelatorum acquiescunt: diu cum bonis perseuerare non possunt. **N**oli homo fragilis a statu religionis et a sancta congregatione recedere: sed sustine te per modicum tempus: propter spem eterne retributio in celestibus gaudiis. **S**ta in bono proposito firmiter. acquiesce consilio humiliter: certa quotidie viriliter. labora diligenter: ora frequenter. sustine patienter. indulge liberter: expecta loganimitate. spera perfidenter. perseuerare constantem et coronaberis a deo corona gloriae. **Q**ui enim perseuerauerit usque in finem: hic saluus erit. **V**tile est etiam domum nostram regere lapidibus petrinis: ne ventus elationis inflat: aut ymber carnalis delectationis conscientiam maculet. **R**egule petrine sunt exempla et verba christi: quae nos docent dyabolo resistere: et praeter prauas suggestiones bonas meditationes assumere: et die ac nocte in oratione vigilare. **F**elix anima que vitam suam ad bonum perseuerantie finem perducere merebit: ut post multos labores corporis et dolores cordis possit dicere in fine quod christus dixit in cruce: consummatum est. **H**is paucis ad laudem dei domo et templo anime dictis: multe gratiarum actiones deo referende sunt: etiam pro nimio habet cogitatu bono desuper inspirato. **D**e bet ergo ois sacer locus a nobis in reuerentia

semper haberi propter multa beneficia que ibidem orationibus solent deuotis prestari. **I**bi namque peccator penitens et orans accipit veniam: iustus gratias agens merebit gratiam. **I**bi pauper gemens et orans accipit elemosinam. diues compatiens et tribuens merebit dei misericordiam. **I**bi sacerdos celebrans offert deo sacrificium omni sacrificio dignius: per se et alijs multis orans et genua flectens: ibi missam audiens sepe compungit usque ad lacrimas intime dolens. **I**bi deuotus orator: infra missam cogitat sanctam christi passionem: ibi peregrinus viator ambulaturus per terram et aquam accipit benedictionem: et boni inneris ducit iesum christum amicum fidelis. **I**bi minister sacerdotis supplet angelorum locum per obsequium maxime deo gratum: ibi comunicans recipit sanctissimum corpus dominicum angelorum cibum omni dono dignissimum. **I**bi iustus ad laborem per diem accipit a deo compensationem: tristis consolationem. timidus fiduciam: compunctus deuotionem. **I**bi temptatus inuenit remedium: angustus consilium defectuosus auxilium. **I**bi sanus accipit leticiam infirmus medicinam: mortuus ab hoste in via tutelam. defunctus a penis liberationem. per missarum celebrationem. **B**onum est ergo domum dei intrare. ecclesiam visitare. missam audire cimiterium circumire. pro mortuis orare: sacra loca et altaria adornare: reliquias sanctorum persequare. imagines sanctorum honorare: super omnes sanctos et sanctas sacramentum christi suppliciter adorare: alta non discutere: difficulta non penetrare. secreta humiliter venerari. profunda deo committere. **N**am veritas neminem fallit: omnipotens deus omnia potest. **Q**ui vult bene stare deo placere: debet de omnibus malis peccatis multis dolere: etiam de bonis neglectis et peccatis confessis. **S**alus anime sepe gemere. sepe orare: sepe confiteri. sepe comunicare. **D**euotionis signa sepe bona proponere: sepe bona cogitare: scribere legere. hymnum et psalmos ruminare: nunquam ociari. friuola vitare: fructuosa operari: corde deum amare et ore deuote laudare. **F**ratres modo est tempus gratie modo debemus querere petere et pulsare: et omni conatu ad recipiendam dei gratiam nos aptare. **M**odo possumus omni die et in omni loco eternum regnum promereri et eternas euadere penas: si per dei gratiam veram agimus penitentiam. **N**ondum clausa est porta celi: ianua patet: qui parati sunt intrare. **Q**ui non sunt parati adhuc melius se studeant preparare. et vitam perfectius emendare: ut christo

venientes vocante digni sint cum iustis letā
 ter intrare. **O** fidelis et humilis anima consi
 dera q̄ magna est misericordia dei sup te in
 omni vita tua: quia non statim se vindicat: s̄
 diu expectat et ad se pie reuocat. **O** felix ma
 ter ecclesia vere apud te est deus absconditus
 thesaurus infinitus. copiosa redēptio: et sa
 lus eterna. **O**culus humanus non vidit nec
 videre potest: nec intellectus aliq̄s capit. nec
 ratio fragilis penetrat: qualis deus in sacra
 mento vere totus sit: mādūcat et tamē inte
 ger semp manet. **O** q̄ magna mirabilia agit
 deus in sacramēto: cui nihil impossibili est fa
 cere quodcūq̄ voluerit in celo et in terra: p̄
 sancti nominis sui gloria et eterna memoria
O salutaris hostia que celi p̄adis ostium: q̄
 mirabilia dicunt de te. q̄ ineffabilia sunt oīa
 que latent in te: q̄ piez veraciter credunt de
 te. et inuisibiliter operantur per te. **Hec** nobis
 proponunt fideliter credenda reuerenter ce
 lebranda: desiderāter sumenda. suauiter gu
 standā: incessanter recolendā. ardentem am
 plēctendā: et quotidie p̄ omniū salute gratif
 lime deo patri offerēdā. **Am** quoniam missa
 celebrat et hostia verbo dei cōsecrat: totiens
 deus noster ad hoīes venit: pro hominibus
 de celo descendit: cum hoībus manere deside
 rat. quos creauit et redemit: ac in eternū bea
 tificare intēdit. sicut p̄misit dicens. **Ece** ego
 vobiscū sum oībus diebus: vsq̄ ad cōsumā
 tionem seculi. **S**olatiofum verbū. o pium
 et fidele testimoniu: o magnū et indubitable
 diuinūq̄ p̄missum: deum habere secum in sa
 cramento presentem: quem angeli habent et
 adorant in celo regnantem. **Quando** ergo
 sacra hostia in altari sacerdotis manibus le
 uatur. et hoībus adoranda ostenditur: tunc
 christus pro nobis passus et crucifixus sub
 mystico velamine presentatur: vere adoraf.
 deuote inuocat. digne honoraf. **Quicunq̄**
 igitur voluerit templū dei intrare: orare: aut
 legere aut cantare aut missam audire vel ce
 lebrare: debet prius se p̄parare. et cum pia in
 tentiōe ita se disponere ac cogitare: quasi ad
 summū pontificem et imperatōrē esset iturus
 in necessaria causa aliq̄d petiturus pro se et
 amicis. **Iurat** em̄ orantē et psallentē in offi
 loco et tēpore: cogitare deū quasi presentē et
 se cuz sanctis angelis seriose claris oculis re
 spicientē. **Quale** aut quisq̄ ante orationem
 se disposuerit: talem se postmodū in oratiōe
 frequēter inueniet. **vagus** vage orat: leuis le

uiter cantat. **Attende** homo fragilis reuerē
 tiam dei: et cū scō dauid ingredi in locum
 tabernaculi ammirabilis in timore scōto: nō
 p̄sumas de te ipso: s̄ cum publicano petenti
 sericordiā et veniā in presentē exilio: vt in fu
 turo merearis cū lazaro habere eternā requi
 em et glām in celo. **Quā** nobis oībus p̄sta
 re dignet iesus x̄ps dei fili⁹ ex maria virgine
 natus: p̄ nobis crucifix⁹ et imolat⁹. q̄ cū p̄e
 et spiritus sancte viuit et regnat deus: p̄ oīa se
 cula seculorum. **Amen.**

**Expliciūt sermones fratris thome kempio
 presbyteri canonici regularis ad nouicios re
 gularcs.**

**Incipiunt tituli sermonum sequentium.
 De abnegatione suspisus et cōtemptu solatio
 num terrenarum.**

**Sermo primus.
 De merore et consolatione anie in deo. Ser
 mo secundus.**

**De duplici compunctione anime pro celesti
 patria.**

**Sermo tertius.
 De laudibus preciose margarithe castita
 tis.**

**Sermo quartus.
 De custodia castitatis.**

**Sermo quintus
 Contra carnalia tētamēta**

**Sermo sextus
 De bono solitudinis exemplo christi et san
 ctorum patrum.**

**Sermo septim⁹
 De bono silētijs et fructu ei⁹**

**Sermo octau⁹
 De solitudine cordis qua supra se lenat ani
 ma.**

**Sermo nonus
 Expliciunt tituli.**

**De abnegatione suspisus et cōtemptu cō
 solationum terrenarum.**

Sermo primus

**Qui nō re
 nunciāuerit omnib⁹
 que possidet: nō po
 test meus esse disci
 pulus. I**stis verbis
 dominus ihesus vis
 detur illos argueret
 qui perfectionē quā
 inchoant vsq̄ ad consummationem non se
 quuntur. **I**nitium enim dum quidam arri
 piunt relinquendo exteriora que possident:
 ad hoc quod perfectus est scilicet seipos re
 linquēdo. voluntates proprias frangendo

non assurgunt. **Et** ideo multotiens ad prio
 rem statum reuertunt. **Quia** ex quo partim
 aliquibus renūciat neq̄ iuxta sniam dñi cū
 ta terrena p̄fecte deserūt: adhuc laqueos q̄
 bus capiunt et relabantur in se retinet. **Sed**
 oīs verus x̄pi discipulus tam se q̄ sua p̄pter
 eius amorē cōtemnat: nihil de terrenis tene
 re velit. ne impediā in itinere q̄ tendit. **Di
 scat** seipm p̄ ardo. et virtutū et gratiā sancti
 sp̄s vincere qui a te potuit eius inspiratio
 ne mādāna cōtemnere. **Beata** mens que oī
 bus renūciare nitit: q̄ in vmbra huius vite
 florere videt. **Hec** p̄fecta est renūciatio: se
 ipm ex corde relinq̄re: nulliusq̄ creature so
 laciu querere: q̄ vuz t̄pale aliquid inordinā
 te appetit vera abdicatio nō habetur. **Et** q̄si
 ad cōtemptū p̄sentiu x̄pi seruus nō nitit: pa
 rum de diuina cōsolatiōe p̄cipe mereat. **Qui**
 em̄ foris sequit q̄s appetit: in dei amore et in
 scō p̄posito refrigescit. **Sed** pensari sepius
 et meditari talis debet q̄ cito perit quicquid
 eat et magnū estimat: tā de hoībus q̄ etiam
 de vniuersis mūdī creaturis: hoc corde p̄tra
 ciet q̄ in vno statu non manent: sed mutant
 oīa et deficiūt. **Ergo** ibi solaciū querat: vbi
 solius x̄p̄tatis et eternitatis plenitudo ē. **Et** e
 inefficiente fonte ad refrigerandū seu cōso
 landū animā suam haustu aque viue petat:
 q̄ nobilio: est guttula vna diuine dulcedis
 q̄ puteus plenus voluptatib⁹ terrenis. **Sal
 ut** oīno q̄cūq̄ in hoc tpe solaciari amat: pe
 rit ab eo veri gaudiū solamē q̄sq̄ mūdī hui⁹
 sequit fallacem amorē. **Q̄** felix et sc̄a ani
 ma que solius dei p̄scit amorē: et sanctarum
 virtutū trahit odore: cuius tantū p̄positus
 est vt visibilia cōtemnēdo inuisibilibus et di
 uinis saginet. **Talis** multū sapiēs esse liqui
 do demonstrat: q̄ p̄ modicis immēsa: p̄ trā
 sitorijs p̄petua: p̄ vilibus p̄ciosa: p̄ de formi
 bus pulcra: p̄ miseris iocunda: p̄ amaris su
 auia: et q̄ sublimius est et verius p̄ nihilo
 vniuersa merca. **Ista** em̄ iam in terris cele
 stem sponsum querit: cuius amorē p̄sentia sa
 tidit: futura diligit. et aduentum eius p̄stola
 tur: vt audire ab eo mortis tēpe possit. **Ece**
 sponsus venit: exite obuiam ei. **Hec** celibem
 agit vitam: et angelorū sequit formam. atq̄
 x̄po soli exhibere se curat illibatam. **Cult** er
 go interim cunctis: carere solacijs: vt ab eo
 mereat cōsolari plenius. **Et** deslet omne q̄d
 mētez de terrenis afficit desiderijs: alioquin
 illius non possit munda p̄tari aspectibus.

Unde etiam tanto rigore se cōstringit intus
 vt quicquid de cetero extrinsecus se applica
 uerit indignādo potius q̄ p̄bando expellat
Rec mirū. **Timet** em̄ ne angustia illi fiet vni
 us amor quem diligit. **Optat** soli adherere:
 quem cum multis p̄fecte casteq̄ nequit dili
 gere. **Hinc** est q̄ vna ex his loquit. **Illi** soli
 seruo fidem: ipse me tota deuotione cōmitto
Habet tñ in exilio p̄sentis vite solaciū: sed
 nō gaudiū plenum. **Suscipit** sponsi arram:
 s̄ nō ipsum. **Legit** eplam de nuptijs scriptā
 sed nondum venit hora eius. **Et** cum vene
 rit tunc introduce: nec mora erit. **Vestes** et
 ornāmēta p̄ legatos accepit: sed tunc dupli
 cibus vestiet. **Solaciū** nanq̄ eius memo
 ria x̄pi est: et amplius illi solaciū fit: q̄ diu h̄
 nō erit: q̄ statim ipse veniet: ostiumq̄ pulsa
 bit et dicet. **Surge** et veni. **Sed** qd̄ ipsa: **Nō**
 ne ad hanc vocē euigilabit: **Surgat** itaq̄ p̄
 spiciat p̄ fenestrā. si ipse est que diligit: et cuz
 iterum atq̄ iterū pulsauerit sine mora aperi
 at: et illi dicat. **Ece** ego: q̄a vocasti me. **Si**
 me queris: p̄sto sum dñe. **Educ** de custodia
 aiām meam ad confitendū nomini tuo. **Nō**
 me p̄mittas dñe diutius separari a te: sed in
 bonitate tua suscipe me. **Et** quantū letabit̄
 si tale aliquid a dño audire mereat. **Seque**
 re me: t̄pus est vt pariter epulemur. **Eamus**
 iam nō ad vineam excolendā: sed ad vinum
 obtimū bibendū. **Eamus** nō iterum in iude
 am: sed in patriam meā. **Ascendamus** ad di
 em festum hūc: q̄ magnus iste dies festus an
 gelorum et hominum. **Sed** quid de te o ani
 ma mea in corpore peregrinante: et iam diu
 expectante et quotidie in oratione tua dicente:
 adueniat regnum tuum: **Quando** vide
 bo: p̄tes de me recogitet: p̄tes obliui
 scetur misereri deus: **Quando** apparebit et
 quando veniet: **Sed** forte in cubiculo est et
 dormit. **Quid** tu dormies: et co: tuū nō eu
 gilabit: **Lamabis** igitur si dignetur audire
 et pulsabis cordis voce dicens. **Exurge** qua
 re obdormis domine: exurge et ne repellas
 in finē. **Sed** fortassis secretiori adhuc cōsi
 lio et saniori iudicio dominus differet: quod
 tu o anima magis impetu q̄ discretionē sa
 cis. **Pausat** igitur parum sed sub vmbra
 eius: nec in estibus mundi quiesces. **Meli**
 us tibi morā est: q̄ mundo viuere. **Felicius**
 tibi lugere: q̄ de his que non sunt et vident̄
 tur gaudere. **In** domino consolabitur ani
 ma mea: audiant mansueti et letentur.

diu em sancta aia viuit in corpore pegrinari se a dño dolet: sed qz voluntas eius est. peregrinatione patienter sustinet. **U**t interim tñ alium dilectum non querat vel eligat illius amore certare fortiter necesse habet: qz multi aduersarij multi ad decipiendum parati. **E**t ideo districte castigare debet: quicquid foris se finxerit amabile. **N**ec alicui quatumlibet blandienti credat: ne dilecti amicitia fraude capta pdat. **Q**uia dum sponsus abest lugere magis eius absentia decet et viduitatis te pus cognoscere: donec veniat et eam ad se in eterna tabernacula pducat. **I**bi em requiescunt sanctoru alieno in ymbra sed in pñtia: et serenissima iugiter speculari facie dei pñtis que cum filio eius vnigenito dilexerut in terris: et secuti sunt relictis oibus.

Explicit sermo primus. Incipit secundus De merore et consolatione aie in deo.

Dolet aia deuota que xpm diligit de eius absentia dolere: et de ipsi spuali visitatione plurimu consolari. **H**oc tñ magne dilectionis xpi signum est no ipsius meritum: quotienscumqz ab illo consolaf. **B**onũ ergo ei est si se dignam no putet sed exiguam et insufficientem ad donũ grẽ eius picipienduz. **Q**ue est enim aia que tantis beneficijs rĩdere valeat: etiã si iugiter grã rependat. **C**ertum est q nullo inueniet: dato q oim esset repleta scõroz meritis. **S**oli nãqz deo cõuenit rõnibus sanctis: honor virtus et gloria. **A**nime autẽ diligenti deũ magnũ est. si p suo modulo laudare vel exiguum possit: et in sanctis eius mirabilem eum pdicare. **A**ut si id agere non sufficit: satis imparẽ laudibus dei et sentiens: saltem non amittat ppriam deslere miserã. **E**t istud fortassis multo vtilius pderit. q no tã altiora sãpe. qz minora queqz bñficia amare videat. **C**ongruus ordo ascẽdendi ad deũ est ab inferioribus studijs ad potiora tendere: et rursus ad pñtinã infirmitatẽ humiliter se reflectere. **I**bi igif maneat diutius: vbi tutior pbatnr esse locus. **Q**uod si ascẽdere ipsaz delectat: cum omni humilitate et timore pñficiat. **I**n descensu suo no tamen penitus deiiciatur: qm humilibus sedes regni celestis promittit: sed libentissime ibidez cõmoret. **E**t si natura horret et inferior videri non vult carnalis hõ: pondere futuri iudicij terreat. vbi oēs elati cõfundẽt. **B**eata nimiu aia q locũ in hoc tpe eligit nouissimu: et se deslet p momenta singula: qm magna eius miserã exi-

stit. **M**ultã dolendĩ materiã habet: quã nec pfecte valet cognoscere: nisi se a terrenis cõsolationibus exuat: ad eterna bona fide no ficta transeat. **E**tenim ex ppria fragilitate quã tantũ ad hec yma pñtis fideliter aia dephẽdit qz sine xpi grã neqz stare sed neqz se eleuare ad celestia pñtis. **I**deoqz indiget vt a xpo lesu p visitationẽ spũalem et cõsolationẽ internã sustetẽt frequẽtius: ne absorbeat aliqua delectatõe tpaaliũ: aut fallaci suggestionẽ dyaboli auertat a sãcto pposito. **M**ultiplices sunt em insidie et immisiones diabolice: que cauere absqz speciali etiã grẽ luce no possunt. **D**iuerse tentatõe et inopinabiles tribulationes occurrũt plerũqz hominibus scõtis: s̃ benignus dñs cõta facit pdesse bonis. sup qz benedictũ sit nomen scõm eius. **D**ebet aut deo deuota aia inter labores quibus in hoc peregrinatõis loca affligit de futura scõp meditari requie: ne sub onere deficiat: q̃uis sepe tristatũ luctus solet esse solamen. **U**idẽs nãqz in euitabile miserã: qd mirũ si doleat. **C**õsiderans qz grande exiliũ: quõ leta erit. **S**ẽtiens abesse sepius quem intime diligit: no tũ est amatissimu quale incõmodũ patiat. **V**erũ qui no amat ista nescium. nec qz dolere aia scõta cutit: q venditis oibus terrenis ad querẽdũ inuisibile spõsũ se ptulit. **T**alis em xpm p oibus cõsolationibus qui spõsus est et amicus dulcissimu: sui pectoris desiderat habere solaciũ. **M**ultiples terrenã et vanam dilectionẽ habẽtes grauitur ferunt dilationẽ aut ablationem alicuius rei corruptibilis: quã sibi vitẽ estimat. gaudetqz de p̃uũtu illius: et quidiano aspectu cõsolant. **S**i sic agif in insipientiu cordibus: fortius flagrare debet aia deuota in amore summi cõdno: ris. **C**um ergo p gratiã xpi visitat: mor noua leticia i ea nascit. ac etnoũ sepe erigif exultat qz i desiderio cordis sui: oimqz affectu viriu internaru ad hanc gustandã vertitur dulcedinẽ. **E**t vt crassius p verbũ internum reficiat: in q tanta dulcedo exuberat: aperit os suũ et attrahit spũs: dicens. **B**onus israhel deus: his qui recto sunt corde. **D**eus meus deus meus: dulcedo no fallax: dulcedo sola reficiẽs: virtus et decor aie mee. **Q**z bñ mibi in hoc visitatõis tpe. **N**on meis meritis: non meis votis. sed tue bonitati ascribo hãc bonam dñe: qui es verus et vnicus oim merẽtũ et te diligentiu cõsolator: anumarũ.

Explicit sermo scõs. Incipit tertius. De duplici cõpunctõe aie p celesti patria

Quis det vt veniat petitio mea: et quod expecto tribuat mihi deus. **M**agnũ desiderium fidelis aie pñtis versiculo inuitur: que non terrenas res sed cõtemptis illis cum cõcupiscentijs suis: eterna bona sibi largiri deposcit. **I**lla em sunt que fidelis anima expectat p quibus laborat: quotidie toleranda certamina. **V**eruntĩ finiri laboriosam vitam citius optat: et venire beatam requie quam expectat: cordialissimo affectu deprecãt. **A**nteqz ad deum cõuersa esset: no ista que in celis promittebantur querere curabat: sed aut ignorãs aut p̃uipendens inuisibilia bona: sanari visibilibus et diu illis frui sumope intendebat. **N**unc vò ad xpm cõuersa et pñtia nihil ipẽdit: et futura ardentius cõcupiscit. **S**itũ quoqz desiderio ardebat illa pphetalis anima: que dicebat. **V**nam petij a dño hanc requiem: vt inhabitem in domo dñi oibus diebus vite mee. **D**uplici aut stimulo cõpungif anima: vt tam instanter et ardentur querat trãssire ad patriam. **I**nterdũ quippe pñtũ malorum vrget incõmodis. **U**idens nãqz taz in se qz in alijs multiplices tentatõe graues labores: diuersasqz occupatõe in qbus multũ periclitant et pauci illest euadunt: prudenter sibi cõsulens et alijs cõpatiens q̃dũ pro postulo sancto feruet: a miserijs istis liberari suppliciter desiderat. **T**imet em ne forte iterũ ad secularia aut carnalia trahat: aut in alios errores morũ ṽleuitates animi inducat: qz si modo plenam voluntatẽ deo placẽdi habet: non tñ securitatem sic p̃seuerandi accepit. **U**nde non immerito timida et infirmis sue cõscia: patriam supnam petit: et oibus votis tolli ex hac miserabili vita sanius sibi fore sentit: priusqz qd absit nouissima sua peiora prioribus fierent. **I**bi em omni timore sublato cum voluntatẽ perfecta securitas etiam pfecte stabit. **E**t hoc ergo stimulo q̃st sinistro calcari equus sancti desiderij valenter instigat: quo anima cursu incepto ad patriam p̃git celestem: qz in pñtia no habet manentem ciuitatem: sed nec requiem quidam. **Q**uãdoqz vò deo deuota anima non tribulatione malozũ et dolore afficit ad creandum de carcere suo sed nobilitati modo videlicet visionis diuine accensa: trahit vebemẽter ad supna. **S**itqz ei nimis angusta pñtis vita: quia adhuc copia sibi plenitudinis negat: que de fonte magis satari appetit qz so-

luis hausis refocillari. **U**alde autẽ distat iste stimulus a priore. **N**am dextro iaz calcari impulsus equus desiderij tanto expeditur: fert ad anteriora: quãto amor plus valet qz dolor efficere. **H**uic anime pulchret dignius aptat: qd de patriarcha iacob scriptura cõmemorat. **Q**uia inquit seruiebat iacob p Rachel septem annis: et videbant ei dies pauci p̃re amoris magnitudine. **S**ic etiã omnis labor parius videt amanti deum et desideranti claritatem vultus eius inspicere: nec ieiunia horret. nec labores diurnos p̃derat: neqz elongari ab amicis et p̃timis triste ducit: sed neqz aliquid estimari aut p̃moueri in hũ mundo huiusmodi anima curat. **I**deo omnia p̃uipendens pñtia. et vnum sup omnia desiderans: eius amore frequẽtissime vulneratur: quia qd summe desiderat adhuc in dies et dies differit. **Q**uocunqz tamen istorum modozũ anima compungif tanqz in excessu mentis postea pñtia versiculo desiderium celestis beatitudinis complectif: ac sepius eundem reuoluendo enutrit deuotionem quam de supnis cõcepti dices. **Q**uis det vt veniat petitio mea et quod expecto tribuat mihi deus. **U**e ergo omnibus ambulantibus in desiderijs carnis: qui nec cõsideratõe miserie tẽporalis oculos ad celestia leuant: nec magnitudine eterne felicitatis ad ea picipienda vitaz suam disponũt. **S**ed nihil tibi et illis anima fidelis: sine eis agere qd volunt et implere oẽ qd delectat: sine dubio cõstat qz no diu neqz in ppetuum durabit. **T**u vò sicut nũc audisti et gauisa es in pollicitatõe patrie celestis: ita in eius q̃so amore spes tua magis ac magis roborẽt. donec brauiũ laboris tui mercedis accipe. **I**nta diliget p virtutibus: pñfiones fortiter vince: charitatis et castitatis dona i custodia humilitatis sub clausura diuini timoris collige et recõde: ac cõtra spiritalis nequicias arma orõnis indue: et semp diuine bonitati plusqz pprie industrie in cunctis confide.

Explicit sermo tertius. Incipit quartus. De laudibus p̃cose margarite castitatis.

Quamur aliquid de laudibus castitatis: et ad decorẽ eius p̃mo habitatozem illius cõsideremus. **S**p̃s nãqz scõs auctor est p̃ncipalis innocẽtis vite: et consecratõis totius castimonie. **Q**m in maliuolã aiam no introibit sapientia: et in corpore subdito peccatis sp̃s sancti no p̃manebit grã. **A**bsqz ei sp̃s

ciali munere castus nullus fuit: et nisi in illo misericorditer protegente in hac gloria virgo nemo permansit. Gloriosa siquidem continentie virtus: victoriosa castitatis palma: insignis et laudabilis flos virginum inuolabilis. Quanta sit virgini continentium gloria: indicat ipsorum magna certamina et vincuntium pseuerantiumque paucitas facit eminentiam huius virtutis lucere magis. Deposita omni spe propria, nihil de nostra industria, sed totum de immensa dei confidamus misericordia: que nunquam aberit dilectis suis in hac mortali vita. Nam supra nos est hec virtus: et confert tamen diuinitus: neque tamen in gratis aut elatis sed humilibus et contritis corde: clamantibus quotidie in oratione et dicentibus. **L**o mundum crea in me deus: et spiritum rectum innoua in visceribus meis. Speremus igitur eius pietate hanc nobis virtutem ab ipso tribui: quem constat sancto: rum lacrimis posse placari: cuius etiam inspiratio cupimus de tam ammirabili margarita paucillam loqui. Simile est enim regnum celorum homini negotiatori querenti bonas margaritas: inuenta autem vna preciosa margarita dedit omnia sua et preparauit eam. His verbis Christus ecclesie sponsus promouet et hortatur nos ad amorem castitatis: adequans illam rebus optimis: per figuram preciosi lapidis. Quia ergo nemo nobilius inuenit qui non velit preciosorum lapidum gloria fulciri dummodo illi factas assit: ac vestibus valde bonis non affectet indui ne vilescat hominibus: multo magis nos versa vice deo placere studeamus. Sed que est ista temporalis gloria, et qualis vestium corruptibilium decore esse poterit: cum homo etiam qui temporis sit tanquam fumus et vapor: pertransiens. Proinde sit nobis indignum et confusum valde quod nobis de consecratis non est sollicitudo tanta per immortalis ornatu anime: sicut inesse plerumque cernit stultis mundi amatoribus: per vili corporis indumento. Nunc ergo hortatu saluatoris nostri demus omnem curam ad comparationem huius nobilissime margarite: si volumus in sanctorum sorte splendidi apparere. Minus enim in conspectu summi regis gloriosi erunt, qui ceteris licet honestant virtutibus hanc in se gemmam non habuerint. Antequam saluator de celestibus descenderet habebat hec virtus: et quate esset dignitatis et glorie propaus innotuit. Sed nouus rex nouas produxit de celesti thesauro gemmas: et quam spiritus hic erat contulit hanc ecclesie, et accepit eam in suam. Et sic affinitate coniunctus est ei et

ipsa eius sponsa dicitur. propter castitatis fides et charitatis indissolutionem. Erat satis inaudita prozibus seculis: vox turturis in terra nostra quando non benedicebant beate steriles: sed recensebant per moysen filiorum generationes. Hec tamen omnino videbant abscondita prophetis: quis non predicabant popularibus: quod satis liquet in hoc: cum quidam ex prophetis more castissime turturis ita insonuit. **L**etare sterilis que non paries: decanta laudem que non pariebas: quoniam multi filij deserte magis quam eius que habet virum. Et in altero quodam loco contemplatus vitam continentium beatissimam, et seruantibus a domino donari specialem gloriam, prophetavit dicens. Hec dicit dominus deus eunuchis. Qui custodierint sabbata mea et elegerint que volui: et tenuerint fedus meum: dabo eis in domo meorum in muris meis locum et nomen melius a filiis et filiabus. Ecce non tamen domini voce commendatur castitatis: sed etiam precditum patrum oraculis est magnifice declarata. Bene dicitur ut vtriusque testamenti auctoritas hanc nostris commendaret pectoribus: qua possumus deo fieri viciniore: et supernis spiritibus semper chariores. In corruptio enim ut scribitur in libro sapientie primum facit esse deo. Splendida et speciosa facta es o beata castitas: ut digna videaris ad agni intromitti nuptias. Hec est formosa columba ac singularis amica creatoris omnium: que contemnit consortia mortalium: detestatur omnem carnis famem, et ad celestem perperat amatorem. Ipsa lilio assimilatur candidissimo: bisino figurat mundo: species eius semper placuit altissimo. Huius candore reficiunt sanctorum oculi: et odore fame eius trahunt ad Christum innumerabiles virginum chozi. Odor enim nimis est in vestimentis eius: quod castitas spergit vbius flagrantiam sui intacti corporis. Luncti namque reuerentiam castis deserunt: et inuenit etiam inter eos laudabilis qui nec mundiciis seruati in corruptionis. Contulit hanc gratiam castitati Christus per inhabitationem sui spiritus: ut sit benedicta ab omnibus: que transcendit limites humane fragilitatis. Nil sic hominem super propriam fragilitatem eleuat sicut virtus castitatis: que celis etiam vim infert. Dum enim quis seruat per gratiam in terris quod per naturam angelici spiritus: nonne vim infert celestibus. Talis enim in domino gloriatur et dicit. Domine exaltasti super terram habitationem meam: et pro

more defluenti deprecatus sum: et liberaisti cor meum a perditione. Cui merito debet diuina responsio. Hec est que nesciuit thorum in deserto: habebit fructum in respectu aiarum sanctorum. Et rursus in generali spiritus communitate gratulatur. De sunt que non nubent neque nubent: sicut sicut angeli dei in celis. Itaque patet claritas: quod castitas de celis sumpsit originem: et a consensibus nobilissimis traxit progeniem: cum sit filia celestis hierusalem et cognata supernorum civium. In germine et fecunditate eius exultat spiritus sanctus: nam non preterit tempus quo deficiat fructificare castas generatores deo multum acceptabiles: que sunt deuote orationes sancte meditationes, et mundi cordis affectiones. Quod pulchra est ergo casta generatio cum charitate: que celum replet incorruptionis suauitate: et fecundat terram conversationis sanctitate. Tanta suavis denique odor: inerat castitati: ut eterni regis filius de sola nasci dignatus est virgine: consecrans hanc in matrem: quam detulit postmodum in dotem sancte ecclesie. Non tamen propter solam fatemur virginitatem: quoniam virginitas sola non est nec sola placuit Christo. Hec angelis inquit. Aue castitate plena, sed aue gratia plena: ut virtutum plenitudo potius referat gratiam quam castitati vel innocentie. Per solam quippe gratiam possident castitatis humilitatis charitatis ceterarumque virtutum charismata. Refulsit namque in maria punctis excellentius decus virginitatis: cum eius vita ut ita dicamus sola castitas et immaculata virginitas extitit. Sed habuit etiam gratiam preciosissime humilitatis: per quam de summo celo filium dei ad se traxit. Unde de ea scribit in canticis. Dum esset rex in accubitu suo: mardus mea dedit odorem suauitatis. Est itaque deo munus valde gratissimum habere perpetue incorruptionis gaudium: et acceptabile sacrificium cunctis temporibus vite sue seruare continentie propositum. Stupet natura: mirantur angeli: letant archangeli: exultat quocumque omnis sanctorum cunctus in obtentu et pulchritudine huius virtutis. Occurrit etiam Iesus Christus amator castitatis, conservator pudicitie: salutans etiam quam sibi adoptauit in sponsam: iubilans et modulans in ipsius aduentu carmina quodam ex canticorum canticis. Ecce tu pulchra es amica mea ecce tu pulchra: oculi tui columbae. Quid ad hec demulcent aures vestras voces gratulande: he deliciae mundis et castis seruare? Et si vultis recipere et vere intelligere seruare mundicie: studete sobrietati: et muni-

das manus vestras prouate. Et veniet a deo vobis lenitas et ienarabilis exultatio: quam soli percipitis quod mundi fluxus despiciunt: et metum ab omnibus delictis eius suspendedunt. **E**tiam charissimi nunc omnia erigamus aures vestras intencius: quoniam venit nobis sponsus de celestibus. Et vos Christi virginis ferte lampades iam ardentes oleum sit defecrentes: ecce ianua patet que parate sunt intrare. Intremus intremus per portas que aperuit dominus: ut cum omnibus sanctis mereamur illum benedice/re et laudare in secula seculorum Amen.

Explicat sermo quartus. Incipit quintus. De custodia castitatis.

Sermone precdenti in laudem castitatis quedam diximus: sperantes quod huius virtus multorum erit grata cordibus que iure nil in se habet offensiois. Et si sunt qui offendunt: sue potius hoc obsecrati non eius scitanti imputet: nam castitas velut quidam carbuculus in scotoz vita semper emicuit. Confidimus igitur quod tanto carius amplectamur ab omnibus: quanto splendidiore effecta videtur sacrarum laudem pronuntio. Alta profecto laus eius que non ex hominibus sed a deo precdit: et scotoz abundantius declarat exemplis. Precesserunt nos multi continentie armis amicti: et fuso sanguine proprio reliquerunt quid sit agendum nobis de corpore nostro: quod sanctitati non corruptioni nos optat famulari. Locurrit etiam hodie sacratissima vtriusque sexus multitudo ad regales nuptias filij dei: optans per illecebris carnis adimpleri spiritus sancti fructibus: qui sunt pax patientia modestia continentia castitas. Et quod tam excellentis est dignitatis: non est mirum si trepidi in eius deprehendamus laudibus: cum ipsa locum habeat celsoz et materiam loquendi ministrat copiosam magis pitis. Silere tamen de illa non oportet omnimodo: quam tam necessariam nobis agnoscamus: sine qua nec scitatis perfectione valemus assequi: per qua in sanctorum omnium remuneratione transito laboris onere imperpetuum beari non dubitamus. Persecutemur ergo diligentissime quomodo seruari possit castitas: quibus etiam iuuari remedio debeat incontinens animus. Ad virtutem quippe castitatis absque labore et certamine non peruenitur: sine timore dei et sui custodia nulli in ea pretererare donatur. Grandis quedam custodia ad conseruationem pseuerantiamque castitatis est vtiq; insituenda deuotis: ne vide licet loqui audire legere aut talia intueri velut affecto carnis: vnde postea generari que est aliqua occasio teratosis. **T**erminus qui spiritus

facto irrorate ab estibus carnis aliq̄tulū tēpe
rati sunt: et magno lā castitatis munere p̄cin
cū vident: si foras adhuc p̄ sensuū custodias
se nō inuēiūt: piculo rursus et casu appropin
quāt. **F**oris em̄ p̄ sensus haurit vs̄ mens ca
sta deturpari et delectationū sordidarū vene
no ad mortē nōnūq̄ solet infici. **D**ebinc val
de ē necessariū cordis cubile sollicitius ob
strui. ne visa aut audita prius fantasinata ir
ruāt. ne illa q̄ videbant obliuioni tradita p̄
pter hoīs incuriā reuertant. et pacē cū tran
quillitate p̄scie de corde sumāt. sicq̄ de casti
tatis b̄titudine cogitare p̄hibeāt. **L**ecā p̄
tinus mens pura si sollicitudinē intima cum
disciplina corpaliū sensuū amiserit: et q̄ gau
dio p̄fundi poterat indubitanter amaritudi
ni et dolori admisceat. **Q**uid mirandū si tra
das ludibrio diaboli: q̄ p̄termisit fidelissimū
pactū immortalis sp̄s: **A**uertat benignissi
mus saluator: x̄ps talē iudicij sniam a cordi
bus n̄ris: s̄ dignet̄ potius cōferre vberiozem
sp̄s sui gratiā: qua intus sanctificari et cōfir
mari aduersus carnis bella mereamur. **F**la
gitemus ab ipso remedia salutaria q̄bus cō
cupiscētie fomes sopiā et castitatis augeat
refrigeriū: vt simus sc̄tificatiōis templū: et si
cut decet sc̄tōs immaculati pseueremus cuz
x̄po: quē admodū p̄pheta in psalmo loquit̄
Domū tuā decet sanctitudo in longitudine
dierū. **V**aleat maxime ad castimonie decus
p̄merēdū sobrietatis virtus: q̄ delicatiores
respuit cibos et potū effluētē refecat: vigilijs
sacris atq̄ ieiunijs p̄primere carnis lasciuā
suadet: laborare manibus p̄dicat: occupari
semp̄ in dei ope adhortat: q̄ oculi et deliciae p̄
dones sūt castitatis. **B**eatissima x̄o castitas
totius gr̄e et sanctitatis amatrix sapiēt̄er qui
dem ammonet renūciare terrenis affectibus
ne celestibus fraudemur munerib̄: et ne sc̄tō
rum cōsortijs sim̄ indigni ita inquir̄s. **E**go
mater pulcre dilectōis et timoris: et magnitu
dinis et sc̄tē spei. **T**ransite ad me oēs qui con
cupiscitis me: et a generatiōibus meis adim
plemini. **Q**ualis ipsa ē: tales fieri et alios de
siderat. **N**am ipsa liberrima existit: et nulla
p̄ctōz cōtagione violata manet in innocen
tia vite. **N**ullis carnalibus resoluūt estibus:
refugit b̄torū subdi actibus: et sulphureis
consumi flammis cōtremiscit p̄pter creatoris
sui reuerentiā. **I**ngenua inquit sum et specio
sissima in genere meo: vt oīs actio vox et ser
mo index pudicitie p̄testat. **I**deo obscenis
nimius dedignor: circūueniri negocijs: solis

delecto: sinceris et p̄bis sodalibus interesse.
Vox etenim mea in canticis est. **S**ulcite me flo
ribus: stipate me malis: q̄ solius conditoris
amore languet. **L**alibus incitamentis ex spi
ritu sancti vinctioe fluentibus confortat ca
stitatis amator: ac contra immisionē satha
ne et cōcupiscētie motum fit constans bella
tor. **H**ic nō pugnat armis aut ferro: sed pati
entia ofone et humilitate: nam ita subiugat
facilius oīs motus libidinis. **D**onū enim dei
est et misericordia in electis illius: posse cor
ruptibilis carnis cōcupiscētiam compescere:
ignem quoq̄ in sinu p̄prio ferre: nec t̄m p̄ua
lere aduersus mentes. **V**erissime gr̄e dei est
hoc p̄uilegiū: et nullius hoīs meritū. **V**erito
ergo moyses famulus dñi miratus est q̄
re rubus ardeat et nō cōburat: atq̄ ait. **G**ra
dam. et videbo visionē hanc grandē. **Q**uis
ex nobis est quē stupor nō apprehendat: quō
in carne fragili i vase fictili fieri possit. vt do
mo carnali grauatius p̄uritu. frequēti verā
tentationum impulsu. nunq̄ p̄stet volu
ptuose cogitationi cōsensum: **Q**̄ mirabi
lis deus in sanctis suis: qui talem virtutem
et fortitudinē cōtulit seruis suis b̄ndictus in
eternū deus. **O**pus namq̄ magne fortitu
dinis est. talem in seipso experiri rebellionē:
et cōtinuo p̄ gratiam dei de se conari habere
victoriā. **U**t x̄o certior sit hec victoria fuga
est assumenda: his tantū magis qui infirmi
ores se cognoscunt. **H**ec imputandū inerte
hoīs et pusillanimitati talis occultatio cū vi
q̄ magnanimum dicēdum sit qui festinus ef
fugerit: et cautius ignes lubricos declinādo
deuicerit. **H**oc in ioseph patriarcha castissi
mo adolecēte factū legimus: cū impudens
femina oculos in lucidissimū pudicitie spe
culum iniecerit: q̄ fugit ioseph et exiit foras
Bullū itaq̄ circūspectus et pavidus esse de
bet: qui in carne fragili beatus castitatis vis
uere disposuit. **P**auet et se custodiat oīs iu
uenilis animus: q̄m̄ magne insidie et multa
pericula consurgere aduersus eum cōsueue
runt. **I**ncerta victoria et molestiora p̄bant
certamina. **N**ulla etas nullus quoq̄ seruis
libertatē sibi castitatis audeat possicere. **L**o
gitandus est frequēter samsonis sanctifica
ti hominis lamentabilis laqueus: qui cū fo
nibus et cathenis vinci nō posset: vnus m
lieris blandimento superatus est et hostibus
traditus. **Q**ui statim eruerunt oculos eius
et vinctus p̄dixerunt in ciuitatē suam: quia
mens carnis dissoluta blanditijs potestati

tradit diabolice ad illudendū: ac illi per fug
gestionē cupiditatu et voluptatu secularium
vitus spiritalē euerunt in rectionē. cordis sci
licet oculum: et vinctū ad seculū pertrahunt:
aut quod desperatiū est tartari tandē estau
stris macipant. **D**oleamus et timore solliciti
de nostra infirmitate nūq̄ erigamur: quādo
sanctus dauid rex et p̄pheta dei dilectus est
voluptate carnis: et qui terrena mēte pura se
pissimē calcabat: flebiliter vt dicitur ad illi
ata opera q̄m̄ cecidit. **P**ro qua enormitate
crimis aduersa illi multiplicia suscitauit ōps
deus: iuste puniens. hoc grande facimus ad
terrorem cuiuslibet p̄uaricatoris. **S**apientissi
mi quoq̄ salomonis lapsus p̄fundiores in
tueamur: ampliusq̄ diuinū metiamus iudi
cū q̄ talis ac tātus vir de q̄ legit̄ quia domi
nus dilexit eū et appellatus sit amabilis domi
ni: et quia fecit illum excelsum p̄re oibus regi
bus israel. ad hanc cōruit mentis insatiam
vt ydola adoraret: quā mulieres euerterit
seruum eius. **Q**uis igit̄ nō pertimescat de se
etiam si fuerit iam castus et sanctus in operi
bus suis: audiēs viros tam fortes et illustres
cecidisse. **I**dcirco nemo se fiducia non bona
erigat: q̄dū eū grauat corruptibilis huius
vite incertitudo: s̄ tanto magis se humillet
et deprimat: quia qualis illū tentatio apprehen
dere possit ignorat: et quis eius finis sit p̄sci
re nō valet. **B**ullū em̄ sunt vocati: pauci x̄o
electi. **A**dhibenda est ergo cautio magna p̄
perseuerantia et custodia castitatis: ne v̄m̄q̄
callido tēptatori foras aut intus pateat v̄l mi
nimus accessus. **N**ullus tamē quāuis imbe
cillus frangat laboribus aliquibus. aut tēra
tionibus perturbet: s̄ meminert: quia tanto
illi erit corona preciosior: quāto fuerit in res
tendo conflictus maior. **N**eq̄ videri posset
cur castitatis victoria habere meritis maior
et laude sanctorū insignior: si nō grauioribus
de tantis p̄bare tentationū incurribus. **L**e
tificare ergo nos debet illa b̄tissima felicitatē
eternę repromissio: et erigere ad laborem cer
tamini spes corone inmersebilis: qua lau
reare letant̄ sanctorū anime cum christo sine
fine pro leuissimis laboribus. **A**d quam nos
exales perducere dignet̄ iesus christus spes
et corona sanctorum omnium: qui cum patre
et spiritu sancto regnat deus. **P**er omnia se
cula seculorum. Amen.

ExPLICIT sermo quintus. **I**ncipit sextus.
Contra carnalia tentamenta.

De re quidem necessaria et vili se
pius tractare nec superfluum puta
ri debet nec infructuosum. **Q**uid
ita necessarium quid tā vtile salu
ti oīm: sicut mortiferis mederi passionib̄ ani
marū. **N**il itaq̄ sic morbidū sic cōragiosum
inuenit̄ in hoīe sicut cōcupiscētia carnalis
et indomita h̄bido: que totā corrumpit anie
pulcritudinē. **S**upra nāq̄ pauca de laudib̄
castitatis egimus: deinde subsequēti sermōe
de eius obseruatiā nōnulla remedia p̄tulim̄.
Restat ergo nūc adhibere aliquod salutarē
cauteriū: vt qui neq̄ decore neq̄ amore tra
hunt castitatis: vel terribili metu ichēne ter
reant̄ ab estu libidinis. **D**iuersis diuersa cō
ueniunt: et nō oīs vno ordine imbuēdi sunt.
Aduerte igit̄ detestabilis assefor libidinis
p̄feram contra bestialem vitam tuā celum et
terram: inducam iudices dānationis tue an
gelos et archangelos: dabo testes verissimos
cōcremationis tue vniuersum cerum sc̄tōū.
Nouissime ipse creator et rector oīm seculoz
sententiā inferet incōmutabilem: et armabit
vniuersitas creature in v̄tionē pessime tur
